Berenguera de Sarroca de Caserres i Arnau seu marit, i el seu fill Pere, donen, concedeixen i entreguen a Guillem de Soler, l'honor que tenen en la parròquia de Sant Pau de Casserres en el lloc dit Coll de Càlvica, que tenen per domna Geralda de Berga i Pere de Berga, fill seu. Situat a la comarca del Berguedà.

A.

B.

C.

D. ACA. Cancel. Jaume I, Pergamins, c.82, n. 844.
 Perg. 195/175. Tacat per humitat en la part baixa, des de la penúltima línia.

E. ACA. Trasllats Reg. Canc. Jaume I, n. 844.

A

B

C

D

Notum sit cunctis. Quod nos Berengaria de Sarrocha de Casserres, et Arnaldus de Sarrocha, vir meus, et Petrus filius noster, nos omnes pariter libera voluntate, per / nos et per omnes nostros natos et in posterum nacituros. Damus concedimus cum hoc publico instrumento semper valituro tradimus tibi, Guillelmo de Solario /3 et uxori tue Ermesende, et vestris et omni proienie vestre nate et in posterum nasciture. Totam ipsam nostram honorem quem habemus in parrochia / Sancti Pauli de Casserres, in loco nominato ad Collum de Calvica, sicut continetur, ex prima parte in collo de Calvica, et de secunda in honore de Cesvivues, et de tertia / in honore Ferrarii de Vivues, quem tenet pro Seniores de Cespluga, et de quatuor vero parte in honore den Sanxa de Vilameiori, et damus vobis et vestris /6 in predicta honore Barchana, II pettias terre, sicut

continentur ex prima parte in collo de Calvica, et de secunda in via que movit de Collo de Calvica / et pergit ad Vivues, et de tertia in torrente, et de quarta in honore den Sanxa de Vilameiori et in ripa grossa, de quia dicta Barcharia ullam partem / non donetis nisi tantum decima et primicia. Ad habendum, tenendum, expletandum et possidendum omni tempore absque omni impedimento et contradicto /9 tocuis persone cum ingressibus et egressibus suis tenedonibus et pertinenciis, adempramentis et melioramentis que unquam ibi fieri possi-/tis, et cum introitibus et exitibus suis. Sicut melius ac firmius dici vel intelligi potest, ad vestrum comodum et utilens intellectum. Absque / omnes decepcione et malo ingenio. Ad omnes voluntates vestras et vestras et iuris perpetuo libere faciendas. Salvo nostro iure et successorum nostrorum. Tali /12 vero pacto, quod predicta honore bene et fideliter laboretis et vinificetis et custidiatis et eediccione aqua defendatis. Et detis inde nobis / et successoribus nostris fideliter, quintum pani et vinis exceptis barchariam, et faciatis censum annuatim .1. par gallinarum in festo Sancte Marie Au-/gusti, et faciatis in reffectionem de duos homines de pani et vini et carnei quando levaretis expleta, et faciatis levata (...) tribus esmiries Berge /15 de quacumque bladi ibi deus dederit, et non faciatis soladge ne ventadures, et ibi non eligatis aliquem alium dominum vel patronum ni nos / et omnes successores nostri. Et nos et omnes successores nostri faciemus vos et vestros et cui volueritis, semper honorem predictam ut predicatur tenere et habere / et in pace possidere, et erimus semper inde vobis et vestris legales guirentes et deffensores contra omnes personas privatas et extraneas. Et pro ac donacione /18 accepimus a vobis iam dictis .XLIII. solidos Barchinone monete recce duplici, de quibus omnibus sumus bene vestri paccati plenarie et contenti. Renunciantes / excepcionis non numerate, peccunie et doli. Et quantum ad hoc omnia supradicta et singula, renunciamus omnes in simul et quibus, nostrum in solidum omni / iuri divino et humano, introducto vel introducturo, nobis competenti vel competituro, ad hoc prenonata vel eorum aliquod infringendum.

Et est ma-/21nifestum, quod est actum anno Dominice

Incarnacionis M° CC° XL°I die tercio nonas iunii.

Sig+num Berengaria de Sarrocha. Sig+num Arnaldi, vir meus.
/ Sig+num Petri, filii nostri. Nos qui hec omnes firmamus et
laudamus, et hec omnia predicta honore superius memorata,
tenemus nos et nostros, pro domina Geralda / Berge, et pro Petri
de Berga, filii eius.

Sig+num domina Geralda de Berge. Sig+num Petri de Berge,
filii eius, nos qui hoc ambo firmamus et laudamus et de nostrum
/24 tercium confitemur bene esse paccati.

Sig+num Petri de Nemore, baiuli nostri, qui hec laudo et
firmo.

/ Sig+num R. de Casserres, et B. de Calvica, et P. Ug des
Cesvivues, testium.

Sig+num^a Ferrarii, capellani / Sancti Pauli de Casserres,
in cuius manu et posse, coram prescriptis testes predictos
donatores superius memoratis, hec presens /27 instrumentum
firmaverunt et meum signum aponit.

/ Raimundus Levita, scripsit hec vice Ferrarii, capellani
Sancti Pauli de Casserres publici^b die et anno prefixo.

a. Signa autografat i decorat.

b. Signe decorat entremig de "publici" i "die".

1241, setembre, 8. Seu d'Urgell.

Pons, de Vilamur bisbe d'Urgell, amb aprovació del Capítol d'Urgell,

concedeix a domna Geralda de Portella i a totes les dones que volen rebre hàbit de monges en l'Orde del Císter, licència i potestat per construir en el plaç de cinc anys un monestir, i posar o elegir abadessa i convent de santes monges, sota l'Orde del Cister, en el lloc dit "Vallis Laura", en el deganat de Berga, prop del monestir de Sant Pere de la Portella, en la parròquia d'Olvan. És doncs el permís del bisbat d'Urgell, per la fundació del monestir de Santa Maria de Valldaura. Situat al terme d'Olvan, comarca del Berguedà.

- A. ACU. Carpeta monestirs varis: Santa Maria de Valldaura. Perg. 230/270. Document en alfabet partit.
- B.
- C.

Ad honorem Dei et gloriose Virginis Marie, nos Poncius, Dei gratia Urgellen episcopus, cum assensu et voluntate Capituli Urgellensis, per / nos et omnes successores nostros, cum hoc presenti instrumento perpetuo valituro, concedimus vobis domine Geralde de Portela, et omnibus donabus /3 volentibus recipere habitum monialium Cisterciense Ordinis, licenciam et potestatem construendi monasterium et ponendi abbatissam / et conventum donarum sanctorum monialium sub Cisterciense regula, in loco qui dicitur Vallis Laura, qui est in decanatum nostro Berguitani / iuxta monasterium de Portela, in parrochia de Olvan. Sub eo videlicet modo, predictam licenciam vobis damus, que infra quinque /6 nium proximo future, monasterium quod est construendum, incorporetis Ordini Cisterciense. Ita que de licencia nostra tantum, subponatis / predictum monasterium et

vos et futuras moniales alicui de monasteriis Catalonie ordinis supradicti. Et ibidem abbatissam et conventum / eiusdem ordinis infra predictum terminum habeatis. Et quancumque et quotienscumque ibi abbatissa ponita fuerit vel electa, tam ipsa quam alie moniales, confirmationem et crisma ac alia episcopalia officia pertinentia, ab episcopo Urgellen accipiant. Et eidem dicta abbatissa promittat obedienciam et subieccionem in omnibus, salvo Ordine Cisterciense. Nec ipsa abbatissa vel conventus eiusdem, parrochianos vel res ecclesiarum, recipiant in preiudicium earumdem, ni quatenus sacra Romana Ecclesia concedit generaliter Cisterciense Ordini, nec etiam decimas seu alia aliqua bona ad nos et ad ecclesias nostras spectantia accipiant quoquomodo, sine speciali licencia episcopi et ecclesie / Urgellen. Et hoc omnia promittat nobis et successoribus nostris et ecclesie Urgellen, qualibet abbatissa quancumque ibi ponita fuerit^a vel electa. De his autem / que a parrochianis nostris in eodem monasterio, sepulturam eligentibus, eidem relicta fuerit vel legata, ius suum dabunt abbatissa et conventus illius loci nobis et successoribus nostris et ecclesie Urgellen^b. Alioquin ab illo termino in antea, dicta concessio quo ad Cisterciense Ordinem irrita habetur. Ita quod ratione supradicte donacionis, Cisterciense in dicto loco ac in rebus predicto monasterio construendo collatis, aliqua ratione nichil sibi valeant vindicare, set totum sit sub dominio et ordinatione nostra et nostrorum / successorum ac ecclesie Urgellen. Qua propter ego dicta domina Geralda de Portela, suscipiens per me et omnes futuras moniales, omnia supradicta / a vobis domino Poncio, Dei gratia Urgellen episcopo, promitto per me et omnes futuras moniales, vobis et successoribus vestris et ecclesie Urgellen, omnia / supradicta et singula attendere sub condicionibus antedictis.

Quod est actum, anno Domini M^o CC^o XL^o primo. Die VI^o idus septembre.

a. fuerit , interlineat.
b. Tacat, interpretem.

/21 Sig+num Poncii, Urgellen episcopi. Ego (Petro...) ^c
canoni Urgellen, (...) ^d subscribani. / Sig+num ^e R. prioris
Urgellen. Sig+num ^f A. de Corneliana archidiaconi. Sig+num B. de
Talarn, archidiaconi. / Sig+num I. de Cascallis, Urgellem
archidiaconi. /24 Sig+num ^g Johannis de Tozmeda, cappellani
Sancti Odonis. / Sig+num ^h Zacharie. / Sig+num ⁱ A. de Todinano.
Sig+num Petri de Coveseo. /27 Sig+num G. B. de Fluviano,
canonici. Sig+num ^j A. de Cherolt. Sig+num Johannis de
Villarubea. / Sig+num domine Geralde de Portela predictae, que
hoc firmo. / Sig+num Raimundi, abbatis Sancti Laurentii. Sig+num
Berengarii de Pedreto. Sig+num Bernardi de Miramon. Sig+num B.
de Talarn. Sig+num Burdi /30 de Pinos, militum. Sig+num Geraldii
Petri. Sig+num Raimundi de Beviure, testium.

/ Sig+num ^k Petri de Monteliano, notarii domini episcopi,
qui hoc scripsit et suprascripsit in XIII^a linea et cum literis
rasis et dictionibus / (...) ^l et rescriptis per manum sacriste
in XXI^a linea.

ABC

ABC

ABC

-
- c. Ratllat, interpretem.
 - d. Illegible.
 - e. Signe autografat i decorat.
 - f. Signe, dibuixat un ocell.
 - g. Signe autografat i decorat.
 - h. Signe autografat i decorat.
 - i. Signe autografat i decorat.
 - j. Signe autografat i decorat.
 - k. Signe autografat i decorat.
 - l. Borrós, una paraula.

1243, març, 17. Vic.

Agnès, vídua de Bernat de Rajadell, reconeix haver rebut de domna Geralda de Berga, monja del monestir de Santa Maria de Valldaura, i de la seva abadessa i convent, 100 auris que rebia per la ració del castell de Puigdemàger, que el seu marit va deixar a la nostra filla Guillerma, ara morta. En rep 45 auris, i els 55 auris restants els dóna al monestir, per remei de la seva ànima. Dóna també al monestir, tots els seus drets en: la part de la seva filla, la part del seu marit, la part del seu dot i seu esponsalici, o qualsevol altre del dit castell. Situat al municipi d'Els Prats de Rei la comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.160, n. 17. Perg. 228/240. Tota la part esquerra es una mica borrosa per humitat. La "N" inicial decorada.

Notum^a sit cunctis quod ego Agnes, uxor condam Bernardi de Rajadello, bona et libera voluntate, per me et meos presentes et futuros, in presenti / cum hoc publico instrumento, in veritate facio et recognosco vobis domine Geralde de Berga, moniali monasterii Sancte Marie de Valle Laura et abbatisse et conven- /3 tui universo eiusdem in perpetuum, me tibi vobis bene esse paccatam plenarie et contentam ad voluntatem meam, de omnibus illis .Centum. aureos quos ego / petebam in castro de Podio de Mager, racione laxacionis quam de ipsis fecerat dictus maritus meus, Guillerme condam filie mee et sue, super / eodem castro. De quibus vero .C. aureis, tibi vobis recepissee confiteor numerando .Quadraginta et Quinque. aureos, renunciando omni exep- /6 cioni aureorum non receptorum vel peccunie numerate et doli. Et omnes residuos .L.V. aureos in presenti, sine retentu aliquo et engannio, / ob remedium anime mee, dono, offero et diffinio irrevocabiler Deo et vobis et monasterio predicto ac abbatisse et conventiu eiusdem. Item / dono, intervingo, solvo,

a. Dibuíxada N.

evacuatio ac penitus sine aliquo meo meorumque retentis, et impedimento, perpetuo diffinitio predicto monasterio et vobis et abatisse /9 ac conventui ipsius, totum ius meum integre quod ratione filie mee predictae, vel ratione dicti mariti mei, vel ratione dotis, vel sponsalicii / mei, aut quocumque alio modo habeo vel habere debeo in toto predicto castro vel in terminis eiusdem. Ita videlicet, que unquam ego vel aliquis / ex parte mea, sive aliqui successores mei aliquid de cetero in castro predicto vel in^b eius terminis sive in vestro monasterio, predictis rationibus vel aliis quem deinceps aliquo modo possent exercere, demandare, repetere sive exigere nullatenus possim vel possint casu aliquo contingere. Dando / etiam et cedendo vobis et predicto monasterio in perpetuum, in omnibus predictis aureis, et in toto meo iure integre, quod predictis rationibus vel aliqua alia de qua habeo / vel habere debeo in toto predicto castro vel in eius terminis. Totum locum meum plenarie iura, voces, replicationes, cessiones et acciones meas reales et personales, mixtas, utiles et directas, ordinarias et extraordinarias ac universa alia ibi vel me ad me quoquomodo competentia vel competentura / constituens vos et predictum monasterium, in omnibus predictis et singulis, procuratores irrevocabiles in propriam rem vestram et ipsius monasterii / pro ut melius et utilius dici exprimi, excogitari vel intelligi nunc potest vel a modo poterit. Ad vestros et dicti monasterii bonum, sanum ac /18 utilem intellectum, preterea sine aliquo meo meorumque retentis et impedimento, absolvo et quitio Arnaldum de Talamancha et Bernardum filium suum et suos et omnia bona regula quantum ad petitionem omnium predictorum .C. aureorum mihi ratione predictae filie mee debitorum. Sic quod de cetero, / ego vel aliqui ex parte mea, dictos Arnaldum de Talamancha et Bernardum filium suum vel suos, sive bona sua ratione ipsorum .C. /21 aureorum convenire vel repetere sive inquietare, aliquatenus non possimus. Salva ius mei quantum ad ipsum Arnaldum de Talamancha et suos, / alia obligatione ab ipso mihi facta. Pro ut in instrumento vel instrumentis inde confectis dinoscitur contineri. Causam ratione illius obligationis non valeam predictorum casuum vel

b. Ratllat sobre la n.

monasterium de cetero aliquatenus inquietare vel etiam demandare. Hanc autem predictam donacionem et diffinicionem, nullo contingente ca-/24 su valeam de cetero revocare, ne hanc voluntatem meam in aliquo permutare. Item in veritate dico et recognosco, quod in predictis .C. aureis in / omnibus vel in aliqua parte ipsorum, non dedi aliacui locum meum. Ne donacionem vel obligacionem sive alienacionem aliquam me feci. Re-/nuncio etiam scienter et consulte, omni iuri proprietatis et sponsalicii mei et dotis et iuri ypothecarum mearum et accioni recissorie et omni /27 beneficio senatus, consulti velleyani, et omnis alii beneficio et accioni et iuri scripto et non scripto, tam canonico quam civili, propter qua me / vel aliquam personam nomine meo contingeret nunc vel impostorum hec predicta vel aliquid de predictis in totum vel in partem in iurium / revocare. Ad maiorem denique firmitatem, iuro ego dicta Agnes, per Deum et super Sancti IIII^o Dei Evangelia, manibus meis propriis /30 corporaliter tacta, hoc omnia predicta et singula semper atendere plenarie et complere et nuncquam in aliquo contravenire, ne aliquam personam / facere venire, oculte vel manifeste, auctoritate proprietatis vel sponsalicii mei aut quolibet alio modo, vel iure.

Quod / est factum XVI kalendas aprilis, anno Domini M^o CC^o XL^o Tercio.

Sig+num Agnetis, predicte qui hoc iuro et facio, laudo, /33 firmoque concedo. Sig+num Raimundi de Dotis. Sig+num Bernardi de Angle de Arteriis. Sig+num Raimundi de Mino-/ves, testium rei huius.

/ Sig+num^c Petri de Ayreis, Vicens canonici et publici ville Vici notarii. /36 Sig+num^d Poncii de Argilagosa, scriptoris iurati, qui hoc scribi fecit et clausit, mandato Petri d' Ayreis, publici Vicens notarii, / cum literis rasis et emendatis in XI^a linea ubi dici, in, die et anno quod supra.

c. Signe autografat i decorat.
d. Signe autografat i decorat.

1243, març 18. Berga.

Aldiars d'Anglesola, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, domna Geralda de Berga monja, domna Blanca priora i Elisenda de Puig Alt sacristana, en nom de tot el convent, donen, concedeixen i entreguen a perpetüitat a Bernat Teixidor i a la seva muller Guillema, dues cases que tenen en la vila de Berga i que foren abans dels Frarers Menors. Paguen com a cens anual, 2 gallines per Nadal. Situat a Berga.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.160, n. 18. Perg. 215/199. Molt tacat i borrós per humitat la part superior i un tros de la banda dreta. La "N" inicial una mica decorada.

Notum sit omnibus quod nos domina Aldiaris de Angularia, Dei gratia abbatissa monasterii Sancte Marie de Valle Laurea, et domina / Geralda de Berga, monialis eiusdem loci et domina Blanca, priorissa et Eliesendis de Podio Alto, sacristane dicti loci, nos omnes et /3 cum consilio et voluntatis totius nostri conventus, per nos et per omnes nostros successores presentes et futuros, damus, concedimus et in(continente)^a tradi-/mus in perpetuum, tibi Bernardo Textori et uxori tue Guillerme et vestris presentibus et futuris et cui volueritis, duas domibus de aliis (do)^b/mibus, quas habemus in villa Berge, que fuerunt condam Fratrum Minorum, super ipsam ripam qui est super cararia que itur ad (...) ^c ipsa dot de R.^d /6 Cascails. Quas dictas domos, damus et concedimus vobis et cui volueritis, sicut affrontant cum alteris residuis domibus nostris, usque ad ripam (...) ^e usque / ipsa regalera que exit retro domibus, et cum ipsa entrada super ripam, sicut modo taylantur ipse tapie foris et si

a. Tacat, interpretem.

b. Borrat dos paraules.

c. Illegible dos lletres.

d. Illegible per taca d'humitat.

e. Illegible una paraula.

(...) (terminatus)^f usque / ad ipsam pujadetam, super nominatas domos sicut affrontantur et assignantur cum ipsa intrada iam dicta, super ripam (...) ^g et afrontatur /9 cum pausis, parietibus et tectis et stillicidiis atque degutaris, et cum omni suo iure et bastimento de abisso usque ad celum, damus et concedimus vobis / et vestris ad habendum, tenendum et in pace possidendum ad omnes vestras vestrorumque volunt(ate)s^h in perpetuum faciendas. Salvo tamen quod hoc totum pro / nobis et monasterio nostro, teneatis et sitis nostri in perpetuum, et faciatis nobis pro his censum semper annuatim, unum par gallinarum domesticorum in festo Natalis /12 Domini. Et nichil aliud censum nobis mei de his facere teneamini. Et nos et nostri successores qui locum nostrum tenuerint, faciamus vos et vestris / et quoscumque volueritis dictas domos, cum introitibus et exitibus iuribus et affrontacionibus suis ut superius dictum est, tenere et habere et iure presentem / donacionis possidere, et promittimus esse vobis et vestris inde legales girentores et defensores contra omnes personas indistincte, et firmitur et fideliter /15 de eviccionem cerey promittimus et tenemur tamen retendo et etiam vobis concedendo que vos habetis posam super nos et nos super vos usque ad celum. / Et contra hanc donacionem vel concessionem non veniamus vel venire aliquatenus possemus, renunciamus omni accioni et auxilio et omni iuri cano-/nico vel civili, introducto vel introducturo, nobis competenti vel competuro ad hec infringenda. Et pro ac donacione accipimus a vobis .X. mangerias /18 iucisias auri finis, de quibus sumus bene paccate vestri ad comodum nostrum et utilitatem et nostri monasterii.

Et est manifestum que est actum / anno Dominice Incarnatione, M^o CC^o XL^o III, die XV^a kalendas aprilis.

Sig+num domine Aldiares, abbatisse predicte. Sig+num domine Geralde de / Berga, monialis. Sig+num Blanche, priorisse. Sig+num Eliesendis de Podio Alto, sacristane. Sig+num Agnetis de

f. Borrós, interpretem.

g. Illegible unes tres paraules.

h. Tacat, interpretem.

Baygeris, cantris-/21 se, nos omnes quod totum hoc laudamus et firmamus .

/ Sig+num Petri de Berga, qui hoc omnia laudo et firmo et pro bono habere in perpetuum concedo.

/ Sig+num Guillermi de Valle militis, et Bernardi de Queralto et R. de Merles, testium .

/24 Raimundus, scriptor publicus Berge, scripsit hocⁱ, die et anno prefixe.

i. Signe decorat i autografat amb una creu gammada abans de die.

1243, abril, 30. Solanelles

Trasllat fet 1288, en que Raimon Folc vescomte de Cardona, dóna i concedeix a perpetuïtat al monestir de Santa Maria de Vallaura i a la seva germana Geralda i a totes les santesmonges, el cens i domini que rep del castell de Montmajor. Dóna també, per remei de la seva ànima i dels seus parents, tots els serveis del castell, soldats, castellania amb tots els homes i dones que allí habiten, amb terme i pertinences i tots els drets, com alou franc, lliure i quiet. Situat a la comarca del Berguedà, terme de Montmajor.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.160, n. 19. Perg. 229/162.

Hoc est translatum bene ac fideliter translatum .XIIII^o kalendas octobris, anno Domini M^o CC^o LXXX^o VIII^o, sumptum / a quodam originali instrumenta in quo series sic habetur. Sit notum cunctis quod nos dominus Raimundus Fulco-/3 nis, Dei gratia vicecomes Cardone, per nos et omnes nostros successores cum hoc presenti instrumento publico / confecto, damus et in perpetuum concedimus monasterio: Beate Marie de Vallaura et Geralde sororis nostre, et omnibus sanctimo-/nialibus ibidem servientibus, scilicet, scenssum et dominium quod habemus et accepimus habere et capere debemus in cas-/6 trum de Podio Mayori, scilicet .Quinque. migerias triticho pulcro et recipiente. Item damus atque concedimus, pro re-/medium anime mee et parentorum nostrorum, predicto monasterio Beate Marie Vallaura, et omnibus sanctimonialibus ibidem / servientibus, castrum predictum de Podio Mayori, cum omnibus militibus et castellanis, et cum omnibus hominibus et feminibus ibi /9 habitantibus et habitatoris, et cum omnibus terminis et

pertinentiis, et cum omnibus iuribus et vocibus nostris totum hoc ubi me-/lius et plenius dici vel intelligi potest ad commodum et salvamentum, pro alodio franco libero et quieto. Damus, in / perpetuum concedimus predicto monasterio: Beate Marie Vallaura et omnibus sanctimonialibus ibidem servientibus. Et de /12 nostro iure posse ac dominio predicta et omnia damus et habstrahimus et in nostrum ius posse, quantum mitimus, et transferimus / ad habendum, tenendum, possidendum et expletandum in perpetuo sine omni nostro retentu et nostrorum que in hoc non facimus, / hoc tamen quod si vendere vel alienare ne permutare volueritis in omnia vita nostra sine nostra voluntate, facere non possi-/15 tis, post hobitum vero nostrum cuique volueritis sine omni contradicto tenere, habere, possidere in pace. Faciamus vobis et vestris suc-/cessoribus predictam donacionem, facere legalem guarentiam contra cunctas personas.

/ Actum est hoc pridie kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° tercio.

Sig+num domini Raimundi Fulchonis, vicecomitis Cardone, /18 qui hoc laudamus et firmamus, et testes firmare rogamus.

Sig+num Cardoni. Sig+num Berengario de Mealya. / Sig+num Raimundi de Yosa. Sig+num Guillermi de Floviane. Sig+num Guillermi de Ivorra. Testium.

Arnaldis, presbiter pu-/blicus notarius Cardone, qui hoc scripssi, die et anno quod^a supra.

Sig+num^b Dalmacii, presbiter, qui me preste su-/21 bscribo. Guillermus de Albespi, de mandato domini Galgalda de Medalia, notarii publici et gerentis vices domini Vicens episcopi / in ecclesia de Solanellis, hoc scripssi et hoc Sig+num^c feci, die et anno prefixis.

a. Signe autografat i decorat entremig de les dues paraules.
b. Signe autografat i decorat.
c. Signe autografat i decorat.

/ Sig+num^d Garangaldii de Medalia, notarii publici de Pratis, qui hoc scribi fecit, die et anno prefixe.

d. Signe autografat i decorat.

1243, juny, 20. Quart

Testament labial de Bernat de Portella. Vol entrar en vida contemplativa, i fa testament en el que elegeix com a marmessors a Raimon Folc vescomte de Cardona i el seu fill Raimon de Cardona, Pere de Berga, Gaucerà de Pinós i Berenguer de Calders. Reconeix al seu fill Raimon de Portella com hereu universal, fill legítim d'ell i de Geralda. Fa importants deixes al monestir de Santa Maria de Valldaura i a Geralda de Portella, monja del monestir. Reconeix drets d'herència a Bernat fill, il.legítim d'ell i de Blanca, en cas que el seu fill Raimon i la seva filla Beatriu, morin sense fills. Comarca del Berguedà.

A.

B. ACA. Cancel. Jaume I, Pergamins, c.84, n. 918.
Perg. 445/415.

C. Trasllats Reg. Canc. Jaume I, n.918.

Quoniam ut Sacra testatur pagina nil incertius ora mortis et origo humani generis propter culpam pro plausti ita labilo facta est. Quiam nullus in carne positus mortem evadere potest corporalem oportet. Siquidem quemlibet vita fruentem instabitem diem mortis, sub / dubia transposicione dilabentis temporis accessurum legitimis transposicionibus et disposicionibus prevenire, ut in adventum iudicis iusti ad generalem Sentenciam a cunctis naxis Salubrite expeditus; Amicorum Dei consortio valeat agregari. Igitur in Xristi nomine, ego Bernardus de Portella, divi- /3 na gratia ministrante misericordia Dei instinctu divini Spirito famulante, volens et appetens vitam contemplativam ducere Deo Dante circa vero ordinis, introitum testamentum omnium mearum rerum et possessionum, dispono inquo manumissores meos eligo scilicet, Raymundum Fulco- /nem, Dei gratia vicecomitem Cardone et Raymundum de Cardona filium suum, et Petrum de Berga, et Gaucerandum de Pinos, et Berengarium de

Calders, quos rogo et maneo ut ordinent res meas prout in huius testamenti serie invenient / ordinatum.

Primum dimitto, laxo atque inperpetuum / solvo omnes toltas, questias, forcias, intestias, exorquias, cucucias, redempciones hominum et feminarum et gaytas atque tragina et recipienda, civum et bladi, atque vindimie et generaliter omnia mala consueta, que recognosco me iniuste recepisse in mansis et hominibus monasterii Sancti Petri /6 de Portella, sive in honoribus et mansis aliorum sanctorum qui sunt in totam terram meam. Item diffinio atque remito omnes iniurias et pravas consuetudines et ex heredamenta et omnes questias, toltas, forcias tam numerorum et bladi, vindimie et intesties, exorquias, cucucias, redempciones homi-/nium et feminarum, et oves et albergas, operas et gaytas et albergas que accipiebam et demandabam in mansis et hominibus meis et propriis tocuis mee terre iniuste, et omnia quascumque minus iuste, ego et successores meis in omnibus dictis mansis et honoribus totius terre mee, tam in illis qui sunt Sancti Petri de Portella vel aliorum sanctorum, quam in meis propriis, missimus, statuimus sive apposiuimus totum sicut predicatur remitatur et difiniatur in perpetuam sine fine pro ut in instrumentis mearum restitutionum iniuriarum conscriptis plenius continetur que scilicet, instrumenta dictarum restitutionum laudo in omnibus et per omnia /9 solempniter ac confirmo. Item dimitto monasterio Sancte Marie Valle Laure ob redemptione anime mee et ad presbiteros qui sunt per me ibidem stabiliter, in perpetuum illos mansos et honores et homines quos habeo et habere debeo per alodium franchum apud Viniolles, subtus Gardiam de Ripoles. Dimitto / etiam dominabus eiusdem monasterii Sancte Marie de Valle Laure usque ad .X°. annos, omnia ova et caseos et omnem lanovet scilicet, canabum, linum et lanam, que ego accipio et accipere debeo iure meo in totam terram meam. Item dimitto ad omnes iniurias meas retituendas, et ad debita / persolvenda, castra de Palmerola de Quar, et de Roseto, et de Portella atque de Gironella, de omnia expleta, exitus, redditus, census, usaticos et omnia iura mea, que ego habeo et habere debeo et accipio vel accipere debeo iuste in totam meam terram sicilicet,

de Rippa de Adest usque ad flumem /12 Lubricati, et de Ladornosa superius usque ad Valle Fecundam iusta Liletum, usque ad .XX. annos completos continuo dilabentes, et dico et mando quod omnes redditus et expleta, et censum et usatica iam dictam, veniant in posse Domine Geralde de Portella, moniale Sancte Marie de Valle / Laure et abbatis monasterii de Portella et comendatoris de Podio Regum, usque ad .XX. annos ut iniurie mee sint emendate et debita persoluta, et illi predicti ad bonam suarum cognicionem et Fratrem Minorem ac Predictorum et virorum aliorum religiosorum de hiis predictis, restituant / meas iniurias benigniter et emendent. Et si usque ad .XX. annos prefixos, mee iam dicte iniurie plene non fuerint restitute, castrum de Palmerola, cum suis iuribus universis ac singulis sit ad hec pleniter obligatum tamdiu donec omnes dicte iniurie sint plenarie ut predictae /15 emendate. Et si forte interim citra terminum suprafixum vel autem quam omniam dicte iniurie restituantur vel plenarie emendentur, Domina Geralda decesserit, quecumque abbatisse fuerit in loco Sancte Marie de Valle Laure, cum duobus predictis super hiis premissis, teneant suum locum / tamen alter istorum ad exigenda premissa procedere non valeant dum alii duo fuerint absentantes. Item dimitto Alamande, filie domine Blanche, .CC. aureos, quorum sint ei persoluti de rebus meis annuatim .C. aureis, tamen ante solucionem horum .CC. aureorum mee iniurie / sint sicut prenotatur primitus restitute. Dimitto etiam alie filie domine Blanche iam dicte, assignate sive deputate in ordine de Bonrepos, .C. aureos qui sint ea persoluti de bonis meis. Dimitto inquam Bernardo, filio domine Blanche prenominata, .M. aureos quos habeat /18 super bonis meis, cum restitutione mearum iniuriarum facta fuerint iam predicta. Item dimitto Beatrice, filie mee, .M. aureos pro suo exovario et iure qui eidem sint persoluti quemcumque maritali consortio fuerit copulata. Item Raymundo de Portella, filio meo, dimitto / castra de Gironella et de Quar et de Roseta et de Palmerola et castrum de la Seu, qui sunt alodii mei franchi et etiam castrum de Portella, quod teneo in feudum pro domino Rege, et omnia quecumque habeo iuste et accipio habere et accipere debeo, de flumine de Adest usque ad / flumine Lubricati et de Ladornosa usque ad Valle Facundam iuxta Liletum, hoc totum

dimitto eadem R. filio meo, tam feudum quam aloudium, quem Raymundum filium meum iam dictum, generalem heredem instituo, restitutis tamen plenarie emendatis omnibus meis iniuriis /21 prout superius denotatur. Dimitto inquam eidem Raymundo filio meo, omnia feuda que teneo pro domino episcopo et ecclesie Urgellense, et feuda que teneo pro monasterio Sancte Marie Rivippollense in parrochia Sancte Marie de Merles. Item dimitto eidem Raymundo filio meo, / castrum de Cherol, et castrum de Monte Maiori, cum omnibus pertinentiis et terminis eorumdem et cum hominibus et militibus, et si forsam ille qui tenet comdoram de monte Escunii, conquestus fuerit super hiis seu demandam au questionem facerit, dictus Raymundus filius meus, / faciat causa ius. Dimitto inquam atque lexo dicto filio meo Raymundo, totam illam donationem et concesionem quam dominus Rex mi fecit donationis castri de Bauzareyn et castri Edral, de quibus his omnibus predictis et singulis, instituo generalem heredem filium /24 meum Raymundum predictum, cui dimitto et laxo hec omnia predicta et singula et suis in perpetuum. Verum, si forsam Raymundus, filius meus iam dictis, decesserit sine prole legitima, hoc totum quod ei^a relinquo, remaneant sorore sue Beatrici, filie mee iam dicte, et si Beatrici filia mea, / decesserit sine^b prole legitime, hoc quod^c sibi superius dimitto, remaneant dicto Raymundo filio meo, fratri suo. Et si ambo decesserint sine prole legitima, hoc totum quod eis dimitto, remaneat Bernardo, filio meo et domine Blanche. Et si Bernardus decesserit sine prole legitima, illud quod sibi superius / dimitto, remaneat Raymundo, et si omnes decesserint sine prole, superius ante dicta hec omnia suprascripta et singula eis dimissa et legando relicta, remaneat et revertantur integriter et in pace et sine aliquo contradicto Domini Milicie Templi Salomonis, in perpetuum sine fine, sub tali quidem condicione que, procura-/27 tores Domus Templi, instituant .V. presbiteros in monasterio Sancti Petri de Portella et alios .V. presbiteros in monasterio Sancte Marie Valle Laurea. Qui decem presbiteros, in predictis locis, nocte ac die, divino semper

a. Interlineat , ei.

b. Sine , interlineat.

c. Rascar i reescrit , hoc quod.

obsequio mancipati humiliter, ibidem divinum celebrent officium et devote omni tempore, ob / redempcionem anime mee et meorum antecessorum et fidelium omnium defunctorum. Item dimitto Petro de Berga .C. sextarios ordeï et .C. sextarios frumenti ad mensuram Sedis Urgellense, que comes Palearensis mihi debet, quos acomodavi eidem quondam comes iam dicti duxerit in uxorem dominam / Sibiliam, sororem dicti Petri de Berga, quod iam dictum prestitum fecit apud Organya, propter quod bladum iam dictum, idem comes persolvat eidem Petrus de Berga, precium dicti videlicet, bladi secundum quod vendebatur tunc temporis vel valebat. Item dimitto Raymundo, filio meo predicto, illud vinchulum quod hoc in sponsalicio /30 sororis mei Eliesendis, et totam illam concessionem quam, Raymundus Guillermi Dodena, mihi fecit de bonis suis, cum instrumento inde confecto. Et retineo mihi, quod si forte alicui monasterio vel ecclesiis aliquibus sum iniuriatus, possim de bonis meis restituere sive comendare et iniuriam illam sive iniurias / cum cartis ad meam voluntatem specialiter^d inde factis, et Raimundus, filius meus, per iam dictos, laudet et concedat cartam vel cartas, si quam vel aliquas huiusmodi fecero sine aliquo contradicto. Retineo inquam mihi ad meam voluntatem, totum illum quod habeo et ad me pertinet in castro de Mureto et Mino-/risa et in monte Scunii et pignus de Berguitano et Averum, quod hoc in castro de Vivario et Averum sive pecuniam quam comes Foxensis, mii debet ratione et nomine A. de Castrobono quondam, / et omnia mobilia sicilicet, averum bladum et vinum exceptis tamen expletis que sunt de inde recipienda /33 de tota mea terra que scilicet, expleta ad iniurias meas restituendas. Et dimitto penitus atque laxo ut superius est iam dictum. Item laudo et concedo dicto Raimundo filio meo, illud instrumentum illius donacionis quam domina Geralda, mater sua, sibi fecit et concessit in bonis meis scilicet, .Quinqua-/ginta milia. solidorum. Salvando tamen mihi ipsum instrumentum quod idem Raymundus filius meus, de hiis mihi fecit, cum Sacramento et homagio roboratum. Et si aliquis conquerens vel conquerentes aliqui apparebunt in aliquo tempore de meo honore, querimoniam proponentes, dictus Raymundus filius meus, eisdem / querelantibus vestris faciat complimentum. Ad

d. Rascat i reescrit, specialiter.

ultimum vero rogo et sicut possum et debeo prece multiplici de precor dominum meum regem Aragonem et dominem archiepiscopum Tarragonem et dominum episcopum Urgellen, amore Dei ac pietatis intuitu, faciant presens prosequi testamentum /36 et illud quod super meis iniuriis instituo faciant si placuerit diligentius adimpleri. Item dico et mando firmiter et districte, Raymundo et Bernardo, filiis meis prelibatis, quatinus hoc presens meum testamentum^e per / bonum et firmum recipiant et firmissimum habeant omni tempore et in aliquo non contraveniant vel venire faciant ullo modo. Immo hoc ipsum scilicet, testamentum prosequatur in omnibus et per omnia et sequendo iuxta posse suum totum faciant ad impleri et insuper adiuvent diligenter, / que omnia prelibata et singula ad execucionem veniant pro obtatam. Verum tamen si forte quod ab sit dictus Raumundus et dictus Bernardus, contra prenotatam restitutionem mearum iniuriarum ut superius dictum est vel etiam contra institutionem ad donacionem elemosinarum superius contestarum, /39 in toto vel in parte aliquo tempore, aliquatenus venire ad presens infringere testamentum presumpserint ad comprehensa superius ad eorum aliquod infringendum, de omnibus bonis meis et singulis sint^f exheredati. Ita quod de bonis omnibus a me sibi concessis superius requeserentur penitus et / priventur et totum illud quod eis dimitto sive laxo sit in perpetuum tanquam alodium franchum in posse domini regem Aragonem et sub eius dominio confiscatum sive (encorrengr). Hec est mea extrema voluntas, quam semper inviolabiliter observari, precipio que si non valet iure testa-/menti, valeat salute iure Codicillorum seu alie ultime voluntatis, et ut res certam melius et universa et prenotata et singula, plenisima semper congaudeant firmitate.

Ego Bernardus de Portella, prefatus Sacrosanctis IIII^o Evangeliiis, coram me positus et manua litera / a me tactis, iuro et iurando promitto, me omnia predenotata et singula, semper inviolabiliter provaturum et numquam aliquam temporis parte

e. Et illud quod super meis iniuriis instituo faciant si placuerit diligentius adimpleri. Item dico et mando primitus et districte Raymundus et Bernardus, filiis meis prelibatis, quatinus hoc presens meum testamentum, indicat com a nota III al final del pergami (linea 48).

aliquod testamentum facturum super premissis vel aliquo eorum ad voluntatem meam^g ultimam mutaturum, sic Deus me adiuvet et hec Sancta IIII^o Dei /42 evangelia corporaliter a me tacta.

Et est manifestum, quod est actum, Dominice Incarnacionis M^o CC^o XL^o III, dia XII kalendas iulii.

Sig+num Bernardi de Portella, qui hec omnia laudo et firmo et firmare rogo. Sig+num mei Raymundo de Portella, filii dicti / Bernardi, qui hec omnia laudo et firmo et iuro atque sponte iurando promito, me omnia prelibata et singula ut superius sunt prenotata servaturum et numquam in aliquo per me vel per interpositam personam contraventurum, nec alicui persona contravenenti, operam daturam occulte vel / manifeste sic Deus me adiuvet et hec Sacrosancta IIII^o. Dei Evangelia, corporaliter a me manu tacta.

/45 Sig+num Petri de Berga. Sig+num Berengarius de Calders, manumissorum.

Sig+num Bernardi de Mazanos et Dalmacii de Ma-/zanos et Umberti de Merles et Guillielmi de Valle et Guillermi de Cheralt et Guillermo de Tord et Petri Geraldi de Olivan et A. de Turre et G. de Valle Minoris et G. de Sagas, testium.

Item Sig+num testium baiulorum: A. de / Palmerola et Bernardi de Roseto et P. de Roseto et R. Blanc et Bn. de Quadres et Petri Celarani, baiuli de Olvan et Bn. de Quadres de Sagas.

Raymundus scriptor publicus Berge, scripsit hoc^h die et anno prefixo.

f. Sint, , interlineat.
g. Meam , interlineat.
h. Signa autografat i decorat.

/ Sig+num Petri de Palacio sacerdotis. Sig+num Petri
Michaeli capellani de Quar. Sig+num Bn. sacerdotis de Rimpol.

1243, novembre 25.

Bernat de Portella, per donació entre vius, dóna i concedeix a perpetuïtat al seu fill Raimon, tota la condoria de Montesquiu, amb les seves pertinences.

A.

B. ACA. Cancel. Jaume I, Pergamins, c.84, n. 928.
Perg. 235/133.

C. ACA. Trasllats Reg. Canc. Jaume I, n. 928.

Pateat omnibus quos, ego Bernardus de Zaportella per me et omnes meos, donacione simplici inter vivos rata et iure locabili dono et in perpetuum con-/cedo, vobis Raimundi deza Portella, filio meo, et ad vestris de omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo facienda, totam condoriam meam /3 de Muntsequiu, cum omnibus eidem condorie pertinentibus. Quam predictam Comdoriam, cum omnibus condorie pertinentibus^a, eicio et abstraho penitus a dominio iure et posse / meo, tradens, transferens in dominium ius et corporalem possessionem vestram et vestrum. Sicut melius dici, scribi vel intelligi potest ad comodum / et salvamentum vestrum et vestrorum, et sine omni retento quem ibi non facio. Hoc tamen solvo quod, si illi qui dictam condoriam vel partem tenent /6 vellent vobis facere ius sine diffugio, quod vos accipiatis .S(...)^b autem quod possitis illud eis petere. Promitto in super que de dona-/cione ista voluntatem meam, non mutabo ratione ultime voluntatis mee. Sive testamenti vel qualibet alia ratione.

/ Actum est hoc VII kalendas decembre anno Domini M^oCC^o XL^oIII^o.

a. Interlineat, cum omnibus eidem condorie pertinentibus.
b. No comprés.

Sig+num Bernardi Deza Portelle, qui hec firmo et concedo
tes-/9tesque firmare rogo.

Sig+num P. de Berga militis. Sig+num P. de Turre militis.
Sig+num P.de Gava-/rra de Tarrega, testium.

/ Guillermi de Spina, hoc scripsit et hoc Sig+num^c
compossint, cum supradicto in tercia linea ubi dicitur, cum
omnibus eidem condorie pertinentibus.

c. Signa autografat i decorat.

1244, març, 1. Berga

Aldiarda d'Anglesola, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, amb voluntat de tot el convent, bescanvia, dóna i concedeix a Pere de Berga, el mas Descodo, situat a la parròquia de Santa Cecília de Figols, per les cases que aquest té a Berga, i que foren dels Frares Menors. Situat a la vila de Berga, comarca del Berguedà, i al terme de Cercs, de la mateixa comarca.

A.

B. ACA. Cancel. Jaume I, Pergamins, c.85, n.973.
Perg. 175/175 mm.

C. ACA. Trasllats Reg. Canc. Jaume I, n.973.

Notum sit omnibus, quod nos domina Aldiaris de Angularia, Dei gratia abbatissa Sancte Marie Vallis Lauree. Cum assensu / et voluntate totius nostri conventus, damus et concedimus et cum hoc publico instrumento semper valituro, tradimus vobis /3 Petro de Berga et vestris et cui volueritis dare vel dimitere in perpetuum, totum mansum Descodo quem nos habemus et habere / debemus ex adquisicione A. de Salis confratiis vestri, pro alodio francho, in parrochia Sancte Cecilie de Figelis, cum omnibus / suis honoribus, tenedonibus, iuribus et pertinentiis suis et cum censibus et usaticis et cum omnibus ad nos vel ad /6 dictum mansum spectantibus vel spectare debentibus ubique, ad habendum, tenendum et in pace possidendum et expletandum / pro alodio francho et libero et immune ad omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuum libere faciendas. Hanc autem / donacionem et concesionem irrevocabilem facimus pro emenda illius laudacionis et concessionis et confirmacionis et franchi- /9 tate quam nobis fecistis domorum et loci Fratrum Minorum, quos habebant in villa Berge, et nullum ius in dicto manso / aut

in suis iuribus et pertinenciis nobis aut successoribus nostris retinemus nunc aut in posterum reservamus. Immo / locum nostrum et omnes nostras acciones voces et iura nostra habeatis in perpetuum pro libero et francho alodio pro ut melius /12 dici aut intelligi potest ad comodum et utilitatem vestram. Et nec contra hanc donacionem veniamus vel ve-/nire faciamus. Renunciamus omni iuri divino et humano quo ad hec infringenda iuvari possemus.

Et est manifestum / quod est actum anno Dominice Incarnacionis M° CC° XLIIII°, die VI kalendas marcii.

Sig+num domine Aldiarts, abbatisse /15 predicte. Sig+num domine Blanche, priorisse. Sig+num domine Agnetis de Baieris, cantorisse. Sig+num domine Geral-/de de Berga, monache. Sig+num Eliesendis de Podio Alto, sacristane. Que hoc omnes laudmus et firmamus.

/ Sig+na R. de Portella et G. de Valle militis, et R. de Merles, et G. de Casails et Bernardus de Sola, testes.

/18 Raimundus scriptor publicus Berge, scripsit hoc die^a et anno prefixo.

a. Signe autografat i decorat, davant "die".

1244, juny 1. Berga

Sibil.la de Berga i Pere de Berga, conjuntament, concedeixen i aproven a Bernat de Portolil, esposa i fill Berenguer, tota la propietat del Camp d'Estoval, situat a la comarca del Berguedà. Paguen 100 sous.

A.

B.

C. ACA. Cancel. Jaume I, Pergamins, c.85, n.951.
Perg. 210/180. Document en alfabet divis.

D. ACA. Trasllats Reg. Canc. Jaume I, n. 951.

ABC

ABC

ABC

Notum sit omnibus quod, nos domina Sebila de Berga et Petrus de Berga, unusquisque per se ambo pariter, per nos et per omnes nostros na-/tos et imposterum nascituros, laudamus et concedimus et aprobamus, tibi Bernardo de Portolil et Soriane uxori tue et Berengario /3 filio vestro et omnibus vestris natis et in posterum nascituris, et cuicumque vel quibuscumque volueritis dare, vendere seu alienare volueritis / ad vestram voluntatem, totum illum honorem vestrum de Campo Estoval, quem vos emistis et adquisivistis a Berengario de Portolil de Collo / de Arlis et uxoris eius Marie et filiorum suorum Guillelmi et Berenagarii. Sicut afrontat in carraria que transit inter vineam Arnaldi /6 Michel, et in carraria publica de Pedreto et in honore Berengarie de Cantalops. Super nominatum honorem, quantum inter his afronta-/ciones includitur, laudamus atque in perpetuum concedimus per liberum et franchum alodium, quitium et himmunem et ad omni honore servi-/tutis penitus expeditum, sicut melius dici aut intelligi potest ad vestrum vestroquumque comodum

et sanum intellectum. Ita quod /9 dare aliquid unquam decetero inde non teneamini nisi decimam vel primiciam. Et eo tamen retineo tantum que si vendere dictum /honorem velletis unquam vos vel vestri, nos habemus tercium precii vendicionis. Sicut nos est et nobis competit ex aliis vendicionibus. / Et si forte, que Des Everted mansus de Portolil de Collo de Arlis particulariter vel universaliter deperiret. Campus dictus de Camp Esto-/12 val ratione census vel cuiuslibet servitutis in aliquo non agravetur set semper ut dictum est, remanet dictus campus franchus, libere, quietus, et / et immunes. Et huiusmodi vos et vestri in perpetuum teneatis et habeatis et posideatis dictum honorem franchum et liberum. Et pro accione / cessione huiusmodi liberatis confitemur et in veritate recognoscimus nos a vobis recepisse et habuisse .C. solidos Barchinone, de quibus sumus /15 bene vestri paccatos. Renunciantes omni excepcioni non numerate pecunnie et doli et omni accioni auxilio et omni iuri divino et humano, quo ad / hec in^a fringenda nos iuvari posemus.

Et est manifestum, que est actum anno Dominice Incarnationis M^oCC^o XLIIII die kalendam iunii.

/ Sig+num domine Sebilie Berge. Sig+num Petri Berge, qui hoc omnia laudamus et firmamus.

/18 Sig+num A. de Saga et R. de Merles et A. de Pual et P. de Boreda et R. de Cordua, testium.

/Raimundus, scriptor publicus Berge, scripsit hoc die^b et anno prefixo.

a. in , interlineat.

b. Signe autografat i decorat, al final de "die".

1244, juny, 15. Calaf

Berenguer, Raimon i Guillem de Rajadell, venen, donen i entreguen, defineixen i deslliuren al monestir de Santa Maria de Valladura, a l'abadessa Aldiarda i a Geralda de Berga, monja d'aquest lloc i successors, tot allò movable i immovable, especial i general, que tenen i deuen tenir de la ració o dret o costums, en tot el castell de Puigdemàger i el seu terme, per 60 morabatins d'or, que han cobrat. Situat al terme de Els Prats de Rei a la comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.160, n. 20. Perg.
215 /195.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Regadel et Raimundus et Guillermus de Regadel et Saura uxor dicti Berengarii, quisque nostrum insolidum / per nos et omnes nostros voluntaries ac consultes, vendimus, damus et tradimus, diffinimus et absolvimus in perpetuum domui /3 vel monasterio de Vallaura et vobis .E., Dei gratia eiusdem loci abbatisse, et Geralda de Berga ipsius loci monache, et omnibus successoribus vestris / totique conventui eiusdem domus dicte, presenti et futuro et etiam cui vel quibus volueritis, scilicet, totum hoc tam mobile quam immobile, specialiter et generaliter, / quod habemus et habere debemus qualibet racione vel iure sui consuetudine in toto castro et eius termino de Pugdemager utrimque et cum omni dominio /6 nostro, iure, racione vice at accione loco et voce atque districtu sive omnibus aliis et singulis ad nos spectantibus vel spectare debentibus iuste / vel iniuste aut etiam aliequatenus et etiam pro ut melius dici vel premeditari pote ab aliquo iure consulto, pro .Sexsaginta. morabetinis an-/fussinis bonis novis et iustis ac legitimis rectique poderis, de quibus omnibus sumus bene paccati, renunciantes omni excepcioni non /9 receptorum aureorum et doli,

preterea cum sollempni stipulacione sive pacto, nos omnes predicti quisque in solidum per nos et eos nostros promi-/timus dicto monasterio sui domui predictae et vobis dicti empatoribus et omnibus successoribus vestris vel quibus volueritis in perpetuum, quod omnia pre-/dicta et singula sicut melius et utilius et largius excogitari possit. Faciemus tenere et habere, possidere, expletare, poteter pacifice /12 contra cunctos, et etiam teneamur de eviccione sive garentia perpetua contra cunctos, obligatis inde nobis et nostris et omnibus bonis nostris mo-/bilibus et immobilibus utrimque presentibus et futuris sine obstaculo. Si valet autem vel valebit dicta vendicio et donacio dicto precio, / totum sit donum irrevocabile et ob salutem animarum nostrorum et parentum nostrorum. Renunciamus etiam inde specialiter ipsi legi aut /15 iuri que corrigit deceptionem ultra dimidiam iusti precii, et omni iuri etiam rationi sive consuetudini presentibus et futuris, tamquam hic / specialiter enumeratis. Si qua autem huic carte tibi instrumento defievint ad comodum dicte damus et vestrum semper intelligantur esse / apposita tanquam hic specialiter enumerata.

/18 Quod est factum XVII kalendas iulii, anno Domini M° CC° XL° IIII°.

Sig+num Berengarii dicti. Sig+num Rimundi. Sig+num Guillermi dictorum. Sig+num / Saure uxoris dicti Berengarii, totum hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Gombaldi de Ulugia. Sig+num / G. de Aquilari. Sig+num Nicholay de Peguera. Sig+num A. de Calaf. Sig+num capellani de Regadel. Testes.

Ego Petrus /21 de Gomar, notarius de Calaf, hoc scripsi cum hoc Sig+no^a.

a. Signe autografat i decorat.

1244, juliol 6. Berga.

Domna Sibil.la de Berga, dóna, concedeix, lloa, firma i aprova al monestir de Santa Maria de Valldaura, a la abadessa Aldiars i a domna Geralda de Berga, monja i a les dones de tot el convent i successors, tot el lloc i feixa, hort i cases que tenien i posseïen abans els Fra Menors, en la vila de Berga, en lliure i franc alou. Acepta 300 sous malgaresos, que ha rebut. Comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.161, n. 1. Perg.
230/140. Tacat per humitat la part dreta de les sis primeres línees. La "N" inicial una mica decorada.

Notum sit omnibus quod ego domna Sebilias de Berga, scienter et consulta libera atque spontanea voluntate, per me et per omnes meos natos et posterum nascitos / dono, concedo, laudo, firmo et aprobo Domino Deo et monasterio Sancte Marie Vallis Lauree et vobis domine Aldiari, divine provissione abbati- / 3 sse eiusdem loci, et domine Geralde de Berga monache, et donabus et toti conventui dicti loci, et cunctis successoribus vestris et rectoribus presentibus et futuris, et cui- / cumque vel quibuscumque volueritis in perpetuum, totum locum et fecium, ortum et domos quod et quas Fratribus Minoribus condam, dederamus in villa Berge. Quod dictum locum / et fecium et ortum et domos, totum integriter, siti Fratres Minores tenebant et habebant et possidebant per liberum et franchum, vobis et cunctis successoribus vestris lau- / 6 do et concedo ad habendum, tenendum et in pace possidendum cum introitibus et exitibus et cum omnibus suis iuribus et bastimentis de abisso usque ad celum, per liberum et / franchum alodium, ad omnes vestras vestrorumque voluntates libere in perpetuum faciendas, cuidare, dimitere, vendere seu alienare volueritis sine consilio et voluntate / meo meorumque et mandato. Nullum ius in his michi aut meis retineo nec aut in posterum reservo, ne habemus inde

aliquam accionem realem vel personalem, ne aliquam (movem)^a /9
questionem in iure vel extra ius in causa vel extra causam. Immo
de meo iure in vestrum transfero dominium et potestatem, tam
etiam iuris quam fieri. Constituens inde vos procurato-/res
tanquam in rem vestram propriam. Et pro ac quidem donacione,
laudacione et concessione, accicpio a vobis .CCC. solidos
malgeresis, de quibus sum bene paccata ad mea vo-/luntatem.
Renuncians omni excepcioni no numerate, peccunie et doli et omni
accioni et auxilio et omni iuri divino et humane quo ad hoc
infringenda iuvari possemus.

Et /12 est manifestum que est actum, anno Domine
Incarnacione M° CC° XL° quatuor, die II nonas iulii.

Sig+num domine Sebilie, predicte quod hoc omnia lau-/do et
firmo. Sig+num Arnaldi de Saga, qui hoc firmo et laudo.

/ Sig+num U. de Merles et Berengarii Dez Vilar et Bernardi
De Cartucio et Bernardi Olibae et Bernardus Dagilar, testes.

/15 Raimundus, scriptor publicus Berge, scripsit hoc.

a. Illegible 5 lletres.

1244, juliol, 17. Berga

Pere de Berga, marmessor del testament de Bernat de Portella, i Geralda de Berga, seva mare, monja del monestir de Santa Maria de Valldaura, confesen haver rebut de fra Guillerme de Cardona, mestre de la Casa Militar del Temple en Aragó i Catalunya i del frare Comendador de Puig-Reig, totes i cadascuna de les demandes d'injúries que Bernat Portella els hi va fer. Confessen que les han restituit, i resolen en pacte solemne, no fer atacar en nom de Bernat de Portella, ni suscitar cap qüestió en endavant. Comarca del Berguedà.

A.

B. ACA. Cancel. Jaume I, Pergamins, c.85, n. 954. Perg. 190/140. Bon estat.

C. ACA. Trasllats Reg. Canc. Jaime I, n.954.

Notum sit omnibus, quod nos Petrus de Berga, manumissor testamenti Bernardi de Portella condam, et domna Geralda de Berga mater sua, monia-/lis monasterii Sancte Marie Vallis Lauree, ambo pariter, confitemur et in veritate recognoscimus nos habuisse et recepisse a vobis /3 domino fratre Guillermo de Cardona, magistro Domus Milicie Templi in partibus Aragone et Catalonie, et a vobis fratre Raimundo de Villanova / comendator Podii Regi, omnes comandas et singulas quas Bernardus de Portella condam, vobis aut aliquibus aliis fratribus (Raimundo de Vilanova)^a seu Domibus Templi / unquam tempore aliquo comandasset aut vos seu fratres Domus Templi a dicto Bernardo de Portella, aliquo loco vel modo tenuiscetis, quas /6 scilicet comandas omnes et singulas confitemur reduxisse in restitutiones sive comandas iniuriarum ipsius Bernardus de Portella predicti. / Unde per nos et per omnes alios manumissores testamenta ipsius

a. Raimundo de Vilanova, nomès hi és en registre.

Bernardi de Portella, vos priorius obsolvimus pactum de non petendo sol-/empniter facientes.

Ita quod ratione vel nomine dicti Bernardi de Portella aut comande sive comendarum dictarum contra vos iam dictos /9 vel aliquos fratres aut aliqua bona Domus Templi, non valeat unquam decetero questio aliqua suscitari.

Et est manifestum, que est / actum anno Dominice Incarnacionis M° CC° XL° IIII°, die XVI kalendas Augusti.

Sig+num Petri de Berga. Sig+num Domne Geralda de Berga, / monacha predicte, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Raimundi de Portella, filii condam Bernardus de Portella, qui hoc omnia laudo /12 et firmo.

/ Sig+num Bernardi Bartolomei de Berga et G. de Valle, militis et Berengario de Caturcio, testes.

/ Raimundus, scriptor publicus Berge, scripsit hoc^b die et anno prefixo.

b. Signe autografat i decorat, entremig de "hoc" i "die".

1245, febrer, 27. Berga

Raimon de Portella, amb voluntat i lloament del seu germà Pere de Berga, confesa i reconeix el que el seu pare, Bernat de Portella, donà i concedí al monestir de Santa Maria de Valldaura, per l'establiment de tres presbíters celebrants allí, ofici diví sempre. Ho complementa donant al monestir i a l'abadessa Aldiarda d'Anglesola i tot al convent, el mas d'Artiga, situat a la parròquia de Santa Maria d'Olvan, i el mas d'Escobet, situat a la parròquia de Santa Maria de la Quar. Tots pertanyents a la comarca del Berguerdà.

A. AHN, Secció Clero, Valldaura, c. 161, n. 1B.
Perg. 165/240.

Notum sit omnibus quod ego Raimundus de Portella, cum voluntate et laudamento fratris mei Petri de Berga, non in coatus, ne dono inductus, set mera et libera / atque spontanea voluntate, pro redemptione anime mee et patris mei Bernardi de Portella condam, et quia confiteor et in veritate recognosco quem illa que pater /3 meis, condam Bernardus de Portella, dedit et concessit monasterio Sancte Marie Vallis Lauree ad stabilimentum trium presbitorum, celebrantes ibi divinum officium omni tempore, / non sufficiebant, ad complementum illius stabilimenti, per me et per omnes successores meos presentes et posteros. Dono, concedo et cum hoc publico instrumento semper vali-/ turo, trado Domino Deo et dicto monasterio Sancte Marie Vallis Lauree et vobis domne Aldiaris de Angularia, Dei gratia abbatissa eiusdem loci, et toto vestro con-/6 ventui et cunctis successoribus vestris presentibus et futuris. Totum mansum de Artiga pro alodio francho, qui est in parroquia Sancte Marie Dolvan, cum omnibus suis / honoribus, domibus, pertinentiis, tenedoribus et possessionibus heremis et condirectis, pratis, paschuis et devesis et cum omnibus ad

eundem mansum pertinentibus et pertinere / debentibus, cum hominibus et feminis, cum censibus et usaticis, serviciis, ademprivis et iuribus, et cum omnibus et singulis et donacionibus que ego ibidem habeo et accipio habere vel /9 accipere debeo ad habendum, tenendum et in pace libere et quiete possidendum ad omnes vestrorumque voluntates in perpetuum faciendas, per liberum et franchum alodium. Dando / (in)quam^a vobis et successoribus vestris et in perpetuum concedendo sine meo meorumque retentu, omnem dominium et omnem que habeo et habere debeo seu mi pertinet vel pertinere debet aliqua ratione iu-/re modo vel casu in toto manso Descobet^b qui est in parrochia Deszaquar. Nullum ius in his omnibus et singulis mi aut meis retinen nunc aut in posterum reservo. Imo /12 inde de his me et meos penitus de nudo, et vos et dictum monasterium investio, constituendo inde vos et monasterium procuratores tanquam in rem vestram ad agendum excipien-/dum atque contradicendum tam etiam iuris quam facti. Promitendo inquam vobis et Domino Deo et Beate Virginis Marie que in his predictis et singulis que vobis superius sunt dare, vel aliquo eorum unquam / non exigam vel exigere possim, nec in aliquo contraveniam vel venire faciam per me vel per interpositam personam. Renuncio omni accione et auxilio minoris etatis quam ius sim /15 perfectus et omnis expresset, specialiter iuri divino et humano, introducto vel introducturo mi competenti vel competituro ad hoc infringenda.

Et est manifestum que est / actum, anno Domini Incarnationis M° CC° XL° III°, die III kalendas marcii.

Sig+num Raimundi de Portella, qui hoc omnia laudo et firmo et hanc donacionem integriter facio / dicto loco fieri Bernardus de Portella, condam patris meis, emit a Berengario de Bosco cum illo censu de camp des areis, et cum omnibus ad dictos mansos pertinentibus.

/18 Sig+num Petri de Berga et G. de Valle et G. de Cascaills

a. Forat, una lletra.

b. Descobet, interlineat.

de Berga et G. de Minovis et P. Celarer de Gironella. Testes.

/ Raimundus scriptor publicus Berge, scripsit hoc, et in
XI^a linea vi dice Descobet suprascript, die^c et anno prefixe.

c. Signe decorat entre les dues paraules.

1245, octubre 2. Lió.

Butlla del papa Innocenci IV dirigida a l'arquebisbe de Tarragona, abats, priors, decans, ardiaques, arxiprests i altres prelats, i especialment a l'abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, de la diòcesi d'Urgell. Lamenta que els religiosos siguin injuriats i robats i sense defensa. Demana a la Universitat de Berga que ajudi a les monges contra els malefactors i que aquets siguin castigats, tant laics com clergues. Exposa els tipus de càstigs a aplicar.

A.

B.

C. AHN. Clero, Valldaura, c.161, n. 2. Perg.
200/265. Les dues línees finals una mica borroses.

INNOCENCIUS^a episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Terraconense, et eius suffraganeis, ac dilectis filiis abbatibus, / prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis per Terraconense provinciam constitutis. Salute et apostolicam bendicio. /3 Non^b absque dolore cordis et plurima turbacione, didicimus quod ita in plerisque partibus ecclesiatica censura dissolvitur, et canonice sentencie / generantur. Ut iuri relegiosi et hii maxime qui per sedis apostolice, privilegia maiori donati sunt libertate passim a malefacere totibus suis / iniurias sustineant et rapinas dum mii invenitur qui congrua illis proteccione subveniat et profouenda pauperum innocentia se murum /6 defensionis opponat.

Specialiter autem dilete in Xhristo filie, abbatissa et conventus monasterii Vallis Laure, Cisterciense ordines,

a. Innocencius lletres tres vegades més grans.
b. N, molt més gran.

Urgellensis / diocesis, tam de frequentibus in iuris quas de ipso cotidiano defectu iusticie conquerentes. Universitatem vestram literis petierunt apostolicis excita-/ri ut ita videlicet eis in tribulacionibus suis contra malefactores earum prompta debeatis magna nunitate consurgere quod ab angustiis quas /9 substinent et pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque universitati vestre, per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatinus illos / qui possessiones vel res seu domos earundem irreverenter invaserint au ea iniuste detinuerint, que predictis monialibus ex testamento / decendencium relinquuntur, seu in sorores ipsas vel ipsarum aliquam contra apostolice sedis indulta sentenciam excomunicacionis au interdicti pre-/12 sumpserint promulgare vel decimas laborum de terris habitis ante Consilium Generale. Ante quod susceperunt eiusdem ordinis institu-/ta quas propriis^c manibus aut sumptibus excolunt. Seu nutrimentis animalium suarum spretris sedis apostilice privilegiis exorquere / monicione premissa. Si laici fuerint publice candelis accensis singuli vestrum in diocesibus et ecclesiis vestris excomunicacionis sentencia /15 parcellatis. Si vero clerici vel canonici regulares sive monachi fuerint, eos appellecione remota ab officio et beneficio suspendatis neutram / relaxaturi sentenciam donec predictis sororibus plenarie satisfaciant. Et tam laici quam clerici seculares qui pro violenta manum inieccione in / sorores easdem vel ipsarum aliquam anathematis vinculo fuerint in nodati. Cum diocesani episcopi literis ad sedem apostolicam venientes ab /18 eodem vinculo mereantur absolvi.

Dates Lugdunus, VI nona octobris, pontificatus Innocensius anno tercio.

/ Hoc est translatum ab originali fideleter factum VII idus iulii, anno Domini M^o CC^o XL^o VI^o.

Sig+num^d Bartolomeus sacerdos. Sig+num^e Bernardi / sacerdotes.

c. Tacat, interpretem.

d. Signe autografat i decorat.

e. Signe autografat i decorat.

/21 Petrus, sacerdos et capellanus Desagas, qui hoc translatum ab originali fideliter translavit nihilque in eo feciente varianti ne addidit vel mitivit. Et Sig+num^f / pisset et ad comprobacionem huius translati testes advenient, scilicet, Bartolomeus sacerdos et Bernardus deserato mediano sacerdos, et fratrem Raimundum Vallis Laure.

f. Signe autografat i decorat.

1246, maig, 18. Vic.

Bernat de Mur, de bisbe de Vic, amb assentiment i voluntat del seu

Capítol, dóna en benefici del monestir de Santa Maria de Valldaura, a l'abadessa i convent, tota la dècima que Pere Negre, ciutadà de Manresa, té en el terme del castell de Puigdemàger. Mana que li redi anualment, en la festa de Sant Miquel, un auri. Comarca de l'Anoia, terme de Els Prats del Rei.

A. AHN, Clero, Valldaura, c.161, n.3. Perg.
190/215. Carta partida per ABC. La "N"
encapçalament decorada.

B.

C.

ABC

ABC

ABC

Notum sit cunctis quod nos Bernardus, Dei gratia Vicens episcopus, assensu et voluntate Capituli nostri, in presenti / cum hoc publico instrumento, damus in beneficium monasterio Vallis Laure et abbatisse ac toti eiusdem conventui in perpetuum, /3 totam illam decimam quam Petrus Nerei, civis Minorise, tenet in termino castris de Podio Mager, cuius / dominium ad ecclesiam nostram spectat et fuit alineata dicto Petro Nerei, sine concessu nostro, propter quod damus et concedimus ipsam decimam abbatisse et conventui dicti monasterii imperpetuum ut revocet ipsam decimam a dicto Petro /6 Nerei et teneat eam pro beneficio ecclesie nostre. Et reddat, nobis episcopo et successoribus nostris, singulis annis in festo / Beati^a Michaelis, cum ipsam decimam, revocaverit .unum. aureum pro censu omni tempore, et de tota predicta decima nullum /

a. Beati, interlineat.

alium censum vel servicium nobis vel successoribus nostris reddere teneatur. Cedimus etiam eidem abbatisse et conventui /9 in perpetuum, atque damus omnes acciones nostras. Item laudamus et concedimus dicto monasterio abbatisse et conven-/tui in perpetuum, in beneficium^b sine parte expletorum, et censu decimam quam in dicto castro tenet.

Quod est factum XV kalendas iunii^c, / anno Domini M^o CC^o XL^o sexto.

Sig+num Bernardi, Dei gratia Vicens episcopi, /12 (BERN)AT^d. / Ego Bernardi de Tornamira, Vicensi rectore firmo. Petrus de Salet sacerdos et laudo et hoc firmo.

/15 Ego R. de Capraria, Vicens canonicus subscribo. Ego Bernardi de Colle, qui hoc firmo. / Ego R. de Sala, Vicensi canonicus firmo. Ego F. Detornamira, qui hoc firmo. / Ego Dalmacius de Corneliano, qui hoc firmo. Ego Petrus de Brulio, firmo. /18 Petrus, firmat ita de pausa carmina decera. Sig+num Ego Petrus de Sancto Ypolito, susbcribo. / Ego Petrus de Vinario, Vicense canonicus qui hoc firmo. Ego Nicolaus de Ungari, Vicens canonici firmo. / Sig+num Berengarii de Mata, canonici. Sig+num Gaucerandi de Cardona. /21 Ego Petrus de Torrentibus, canonicii Sancti Petri firmo.

/ Sig+num Petri de Ayreis, Vicensi canonici et publici ville Vicens notarii.

/ Sig+num Ferrari, domini scriptoris iurati qui hoc scripsit mandato Petri de Ayreis, publici Vicens notarii. Cum dictione rasa /24 et emendata in XI^a linea ubi dici, iunii, et cum dictionibus supra positis in X^a linea et ubi dici, in beneficium, die et anno quod supra.

b. Beneficium, interlineat.

c. Tacat final de paraula.

d. Firma illegible que acaba amb una creu.

1246, maig, 18. Vic

Trasllat del document anterior, fet l'any 1480, en que Bernat, bisbe de Vic, dóna en benefici del monestir de Santa Maria de Valldaura, el delme que, per ells té Pere Negre, en el terme del castell de Puigdemàger. Situat al terme de Els Prats de Rei, comarca del Anoia.

A. Document anterior.

B.

C.

D. AHN. Clero, Valldaura, c.161, n. 4. Perg. 265/225. Copia simple de s.XV., d'un document en alfabet dividit.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam publico instrumento per Alphabetum divisio, non viciato, non cancellato / nec in aliqua sui parte suspecto. Sed omni proiectus vicio et suspitione carente, cuius exemplum est huius modi. /3 Notum sit cunctis quod nos Bernardus, Dei gratia Vicens episcopus, assensu et voluntate Capituli nostri, in presenti cum / hoc publico instrumento. Damus in beneficium monasterio Vallis Lauree et abbatisse ac toti eiusdem conventui in perpetuum, / totam illam decimam quam Petrus Nerei, civis Minorise, tenet in termino castris de Podio de Mager, cuius dominium /6 ad ecclesiam nostram spectat et fuit alienata dicto Petro Nerei sine consensu nostro, propter quod damus et concedimus / ipsam decimam, abbatisse et conventui dicti monasterii imperpetuum, ut revocet ipsam decimam a dicto Petro Nerei, / et teneat eam pro benefificio ecclesie nostre, et reddat nobis episcopo et successoribus nostris, singulis annis in festo beati Michaelis, /9 cum ipsam decimam, revocaverit .unum. aureum pro censu omni tempore, et de tota predicta decima nullum alium censum vel / servicium nobis vel

successoribus nostris, reddere teneatur. Cedimus etiam eidem abbatisse et conventui imperpetuum atque damus / omnes acciones nostras. Item laudamus et concedimus dicto monasterio, abbatisse et conventui imperpetuum in beneficium, sine /12 parte expletorum et censu decimam quam in dicto castro tenet.

Quod est factum XV kalendas iunii, anno Domini M° CC° XL° sexto.

/ Sig+num Bernardi, Dei gratia Vicens espicopus B A R T N R H T^a. Ego B. de Tornamira, Vicens precentor, firmo. Petrus / de Salers, sacerdos cameus, qui hoc firmo. Ego Raimundus de Capraria, Vicens canonicus, subscribo^b. Ego Bernardi de Colle, qui hec /15 firmo^c. Ego R. de Sala, Vicens canonicus firmo^d. Ego F. de Tornamira, qui hec firmo et Ego Dalmacius de Corne-/liano, qui hec firmo. Ego^e Petrus de Brulio, firmo et Petrus firmat ita de pausa carmina dicta^f et Ego Petrus / de Sancto Ipolito, subscribo^g. Ego Petrus de Vinario, Vicens canonicus, qui hic firmo et Ego Nicholaus de Ungari, Vicens /18 canonicus firmo. Sig+num Berengarii de Mata canonici^h. Sig+num Gaucerandi de Cardona. Ego Petrus de / Torrentibus, canonicus Sancti Petri firmo.

Sig+numⁱ Petri de Ayreis, Vicens canonici et publici Vici notarii.

/ Sig+num^j Ferrerii, domini scriptoris iurati, qui hec scripsi de mandato Petri de Ayreis, publici Vicens /21 notarii, cum dictione rasa et emendata in XI^a linea vi dici, iunii et cum dictionibus suprapositis inde X^a linea, in beneffi-/cium, die et anno quibus supra.

-
- a. Nom autografat.
 - b. Signe augrafat i decorat al final.
 - c. Signe autografat i decorat alfinal.
 - d. Signe autografat i decorat al final.
 - e. Signe autografat amb una creu entremig.
 - f. Signe decorat i autografat al final.
 - g. Signe autografat i decorat al final.
 - h. Signe autografat i decorat al final.
 - i. Signe autografat i decorat.
 - j. Signe autografat i decorat.

(primera columna)

/ Sig+num^k Bartholomeu Requesens, regia /24 auctoritate,
notarii publici Barchinone testis.

(segona columna)

/ Sig+num^l Guillermi Jordani, auctoritate regia, /24
notarii publici Barchinone testis.

/ Sig+num^m Dalmacii Ginebret, auctoritate regia, notarii
publici Barchinone, qui / huius modi translatum ab originali suo
fideliter sumptum et cum /27 eodem veridice comprobatum,
testificatum ut supprapatet clausi. Vere die / mensis
septembris, anno a Nativitate Domini Millesimo CCCC^o octuage-
/simo primo.

k. Signe autografat i decorat.
l. Signe autografat i decorat.
m. Signe autografat i decorat.

1246, juny 17. Vic

Bernat, dit el Bord de Castellnou, ven a Blanca de Berga, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura i a tot el convent, el mas íntegre que li donà el Bord de Rajadell, que està en el terme del castell de Puigdemàger i tota la batllia, amb cases, honors, possessions censos, expletes i parts d'expletes, amb tots els homes i redempcions d'homes i dones i establiments a tercers, ... Ho venen al preu de 150 sous de Barcelona. Comarca de l'Anoia, terme d'Els Prats del Rei.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.161, n. 5. Perg.
410/120. La "N" inicial gran, dibuixada i decorada.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus, qui vocor Burdus de Castro Novo, per me et per omnes meos presentes et futuros non coactus neque circumventus. Immo gratis consulte et ex mera liberalitate, vendo in perpetuum sine aliquo meo / meorumque retentu, vobis domne Blanche de Berga, abbatisse Vallis Laure et toti eiusdem conventui, totum integre illum mansum quem michi dedit Burdus de Rajadello, et fuit Petri Bernardi et est in termino castris de Podio de Mager. Item ven-/3 do vobis in perpetuum, totam bauliam quam ego recipio et recipere debeo in termino dicto castris de Podio de Mager. Iam dictos itaque mansum et bauliam, cum omnibus domibus, honoribus, possessionibus, censibus, expletis et expletorum partibus et cum omnibus hominibus et reddentio-/nibus hominis et mulieris et cum omnibus stabilimentis tercerius, laudisimis, iuvis, traginis, operibus, cavalcatis, pastis, herbis, lignis, pasturis, montibus, planis, petres, rochis, arboribus rourris, ademprivis, pertinentiis cum domibus, dominiis iuribus, venturis, in-/gressibus, egressibus et affrontacionibus suis, et cum universis aliis a celo usque in habissum, vobis vel inde ad me

et meos quoquomodo spectantibus vel spectare debentibus in pro
ut melius dici cogitari sive inveniri nunc potest vel a modo
potere, vobis et dicto vestro /6 monasterio vendo in perpetuum
pro .Centum Quinquaginta. solidos denariorum Barchinone de
duplo. Ex quibus omnibus bene sumus vestri paccatus. Renunciando
omni excepcioni, peccunie non numerate. Extrahendes hoc omnia
predicta et singula de omni meo meorumque posse vestrorum /
dominio eadem omnia in vestrum et quorumcumque velitis posse ius
et dominium mito, trado ac transffero irrevocabiler, cum omnibus
locis, vocibus, cessionibus et acccionibus meis ac cum universis
aliis vobis vel inde ad me et meos quoquomodo competen-/tibus
vel competituris. Vos etiam et dictum vestrum monasterium de
Vallis Laura, de predictis omnibus in presenti cum hoc
instrumento in corporalier posserean pleno iure in^a rem vestram
propriam perpetui inducendo. Item illud totum quod plus valent
dicti mansus et baulia /9 dicto precio, totum vobis et dicto
vestro monasterio, ob remedium anime mee parentumque meorum,
omnium in perpetuum offero atque dono. Promito etiam, per me et
meos, vobis et dicto vestro monasterio, semper salvare predictam
integre vendicionem, inde et / omnia bona mea mobilia et
immobilia, habita et habenda, vobis et dicto vestro monasterio,
pro eviccione et expensis circa (...) ^b fecis perpetuo obligando.

Quod est factum quinto decimo kalendas iulii, anno Domini
M^o CC^o XL^o sexto.

/ Sig+num Bernardi, qui dicor Burdus de Castronovo, qui hoc
facio et firmo.

Testes huius rei sunt. Gauzerandus de Cardona. Berengarius
de Villa de Ran. Petrus de Spluga et Guillermus de Albadia.

/12 Si+num^c Petri de Aireis, Vicensi canonici et publici
ville Vici notarii. / Sig+num^d Ferrarii, domini scriptoris
iurati, qui hoc scribi feci et clausit, mandato Petri de Aireis,

a. Rascat, in.

b. Tacat, illegible unes 9 lletres.

c. Signe autografat i decorat.

d. Signe autografat i decorat.

publici Vicens notarii, cum dictione rasa et emendata in VIII^a
linea ubi dici, in, die et anno quod supra.

1246, juny 27. Sagàs

Domna Estefania de Lluçà, vídua de Pere de Lluçà, monja no encara professa del monestir de Santa Maria de Valldaura, estant greument malalta, fa testament en presència dels marmessors. Vol ser enterrada en el cementiri del monestir de Santa Maria de Valldaura, on allí mateix rebí l'hàbit de professió monacal. Deixa al monestir els masos de Planes i el de Olzinoses. Deixa també un dipòsit de 500 auris d'or per les necessitats del monestir. Fa varies deixes, especialment a la seva filla Berenguera, monja del citat monestir. Terme de Les Lloses, comarca del Ripollès.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.161, n. 6. Perg.
265/280. Mal conservat, borrós i taca gran al mig,
i trencat a la part alta de l'esquerra

Quam nullus in carne pollitus mortem evadere pote, id circo, in Xhristus nomine. Ego domina Estaphania de Luciano, monacha non dum professa in monasterio Sancte Marie Vallis Lauree, Ordinis Cisterciense, primo tempore proba-/(cionis)^a, existente gravi detenta infirmitate, in meo plenu sensu et memoria, ac loquela integra, meum cando ac facio testamentum in presencia et posse sub scriptorum, proborum hominum, in quo meos, meos invoco et eli-/3 go (man)umissores^b, videlicet dominum Bernardum, Dei gratia Vicensi episcopum; et Arnaldum Sancti Petri de Portella, abbatem; et nobiler virum Petrum de Berga et venerabilem Raimundum de Portella et fratrem (Raimundum)^c / comendatorem Podii Regum domus Milicie Templi. Quibus dono plenam licentiam et potestatem, quia ipsi sine dampno, eorum divindant omnes res meas et hanc meam voluntatem

a. Forat a final de paraula.
b. Primera part paraula forat.
c. Forat, interpretem.

ad imple-/(...)d quibus toto posse suo ad impleri faciant.

In primis dimitto animam meam et corpus, Domino Deo et eius Genetrici gloriose, et eligo meam sepulturam in cimiterio monasterii Sancte Marie Valle /6 (Laure)(...)e et ibidem, faciendo professionem, habitum recipio monachale. Et dimitto eidem monasterio Sancte Marie Vallis Laure pro redemptione anime mee .Quingen-/(tos)f. aureos, boni auri fini. Pos volo et mando ut comendentur abbati predicto de Portella, qui eos teneat in deposito mei et abbatisse ac conventus prenominati monasterii /(Vallis)g Laure, quo usque predicta abbatissa et conventus faciant inspectionem honoris in quo ipsi aurei dentur et persolvantur semper ad perfectum utilitatem dicti monasterii et conventus /9 eiusdem. Item dimitto ac dono per redemptione anime mee prenominato monasterio, totum honorem et mansos Deplanis, cum omnibus iuribus et pertinentiis ac tenedonibus / suis in perpetuum, sicut ego emi ipsos de nobili milite Guillermo de Portella ad per proprium alodium et franchum ut instrumento inde confecto plenius continentur. Et est iste honor et mansi pre- /nominati in parrochia Sancte Marie de Matamala, termini castri de Guardia, comitatus Bisuldone. Quam dictum honorem et mansos Deplanis, cum et illum honorem similiter qui /12 fuerit emptus de prenominatis aureis, teneant semper abbatissa prefati monasterii in perpetuum, et omnis singuli in die aniversaris mei de redditibus et proventibus dictorum hono- /rum, donet refeccionem ab illem conventui predicti monasterii et pietanciam ovuum et casei competentem. Et quod superavint de reddetibus eiusdem honoris, sit ad hu- /tilitatem monasterii et conventus preli(b)atih. Item dimitto prenominato monasterio Vallis Lauree pro redemptione anime mee, totum illum honorem et mansos de Ozinoses, cum /15 omnibus iuribus et pertinenciis et possessionibus suis, sicut eos emi per proprium alodium et franchum de Guillerma de Garrigosa et suis ut in cartis inde factis continetur. Et sicut Petrus / de Luciano quondam vir

d. Forat, falten unes 10 lletres.

e. Forat, interpretem una part.

f. Forat, interpretem.

g. Forat.

h. Falta lletra per taca.

morit, eiusdem honorem et mansos predictos mi dimissio in sua ultima voluntate, quod possium ipsum dare et stabilise pro anima mea ubique vo-/luerim ut in suo testamento continetur. Tali vero condicione, dimito dicto monasterio pre nominatum honorem de Olzinoses, quod omnis fructus et redditus de proventus /18 eiusdem, dentur et prelevantur annunciatim ad meas iniurias restituendas et debita persolvenda ad noticiam dictorum manumissorum, restitutis vero meis iniuris et de-/bitis penitus per solutis sit semper totum propium alodium franchum et liberum dicti monasterii ad utilitatem et perfectum dicte abbatisse et conventus imperpetuum . Item dimito, / de assensu et voluntate Berengarie filie mee, ad meas iniurias restitucendas et debita persolvenda, omnis redditus et proventus Deossera e de Valceboleta que dicta Beren-/21 garia filia mea, tenet pro sua hereditate quo usque fuerint ex toto predicte mee iniurie restitute et .C. solidos malguereces quos mihi debet abbas Sancti Joannis Deabatissi. / Item dimito hominibus Deossera de Valcebolera, .Quingentos. solidos malgaresem de .Mille. solidos dicte monete quos mihi debebant, et alios .D. solidos qui remanet / de illis .Mille., relinquo Blanche sorori mee, cum omnibus meis vestiis grossis et minutis, ubique sint. Et tria coopartoria et duo lunitainias et duas plomacias, totum /24 ad suas voluntates libere faciendas. Item dimito prenominate monasterio .CC. modios silliginis que comendaverin ad aloues in Ceritania et Gaucerandus de Pi-/nos recepte violeretet predictam silliginem. Rogando dictum Gaucerandum, quod reddit eidem monasterio decimam silliginem, sicut michi reddere tenetur. Item dimito predicto / monasterio, unam sellam quam emetam ad Berengariam filiam meam. Et tres olles decodre, duas qui sunt in dicto monasterio et tertia qui est apud Lucianum. Et omnia /27 mea mei vasa supie, vascula ad panem et unum tenenda deputata ubique sint. Et pannos universos lane et lini ubicumque ipsos habeo exceptis .V. vanius / quas dimito especialiter ad ornamenta ecclesie Sancte Marie de Vallis Laure, et unam ad Agnetem de Baguavis priorissam eiusdem. Dimito ad ecclesiam Sancti Vincenti / conster(...)ⁱ tam in castro Deluciano in perpetuum .I. liberam de cera censualiem quam P.de Podio

i. Borratt part final paraula.

Decordelitis, michi donat et dare tenetur annuatim. Item dimitto /30 totum bladum quod modo habeo in ecclesia Sancte Marie Deluciano ut alibi ad meas iniurias et debita persolvendit. Rogo ex patre Dei omnipotentis dominum abbatem Sancti / Petri de Portella et Petrum Devilarone, canonicum Sancte Marie de Luciano et dominam Geraldam de Berga monacham Vallis Laure, et Gaucerandum de Pinos (...) ^j / ipsi decimam bladum et fructus prenomatos et alia ad meas iniurias assignata, dividant et ab me iniuriam possis restituant. Sicut melius (...) ^k /33 licens anime mea videre expedire. Et si omnes ad hoc exegenda interesse non poterint. Duo tantum ipsorum ea michi hominis exequitur (...) ^l / ac dimitto predicto monasterio Sancte Marie Vallis Laure, omnibus rebus meis qua habeo vel habere debeo aliquo modo vel racione mobilius vel immobilius, habitis et habendis ubi- /que sint, longe vel prope, sicut ego melius dare sine obligare possum ad comodum et utilitatem dicti monasterii redempcione anime mee, et dando pre-/36 dicto monasterio locum nostrum et plenum dominium et iura voces et acciones reddes compertencia vel compertitura. Et personales inducendo ipsum implenam corporaliem / possessionem pleno iuri salus omnibus superius exceptatis.

Hoc omnia pre scripta fuit factum in presencia Arnaldi, abbatis Sancti Petri de Portella ac domine / Blanche, abbatisse predicti monasterii Vallis Lauree et domine Geralde de Berga, monache eius monasterii et Geraldoni monachi Sancti Petri de Portella et domine priorisse /39 Sancte Marie Vallis Lauree et domine Blanche, sororis predicte Stephanie de Luciano et fratris Raimundi Vallis Lauree et Bernardi clerici deserato mediano. Et Petri clerici de / Drambruis in quorum presencia hoc testamentum fuit factum.

Actum est hoc V^a kalendas iulii, anno Domini M^o CC^o XL^o VI^o.

j. Tacat, falten unes 3 lletres.
k. Id.
l. Illegible per taca, 6 lletres.

Sig+num domine predicte Estapha-/nie de Luciano, que hoc testamentum facio et firmo, et testes firmari que rogo, et manumissores.

/42 Sig+num Bernaldi de Serracomediano^m, sacerdotis. / Sig+num Petri de Podio. Sig+num Berengarii de Vilaplana. Sig+num Joannis Duranii testes huius testamenti.

/ Sig+num Petri de Berga. Sig+num Raimundi de Portella, nos manumissores huius testamenti, qui hoc laudamus et firmamus.

/45 Petrus, sacerdos et capellanus de Sagas, qui hoc testamentum mandato domine predicte Estaphanie de Luciano, scripsit et die et anno quoⁿ supra.

m. Nom illegible, borrós.

n. Signe decorat i autografat entremig de "quo dupra".

1246, juliol 18. Sagàs

Trasllat fet 1247. Berenguera de Lluçà, monja del monestir de Santa Maria de Valldaura, en temps de prova, filla d'Estefania de Lluçà i de Pere de Lluçà, 20 dies després del testament labial fet per la seva mare monja, ofereix i dóna a Déu i al monestir, tots els seus drets, accions, veus, que té per part de pare i mare. Es reserva 200 sous dels rèdits de la heretat, per vestuari i per altres necessitats, amb licència de l'abadessa. Passats els sis mesos de prova, dóna plena possessió i ho entrega corporalment al monestir.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.161, n. 7. Perg. 190/210. Ombres a la part final/esquerra. Al revers indica: Testament de Berenguaría Deluciano.

Hoc est translatum fideliter factum XVIII kalendas augusti, anno Domini M° CC° XLVII°. Notum sit cunctis quod / ego domina Berengaria de Lusciano, Vallis Laure monacha, offero atque dono Deo et monasterio Sancte Marie Vallis Lau- /3 ree me et omnia mea iura et omnes meas acciones et voces que habeat et habere debeo racione mea hereditatis sive fra- / rasche et legitime que michi competit, racione patris mei Petri de Lusciano in castro de Lusciano et in omnibus aliis / honoribus, pertinentibus ad castrum de Lusciano, sive in aliis que pertinebant ad patrem meum aliqua racione vel iu- /6 re. Tali modo facio hanc donacionem predicto monasterio, quod emanantur possessiones de predicta hereditate sive frares- /che et legitime ad opus predicti monasterii. Item tamen quod de redditibus qui empti fuerint de predicta hereditate et / frarescha et legitima, dentur mi^a, cum licencia abbatisse predicti monasterii, .CC. solidos, quas retineo pro indumentis et aliis que /9 fuerint mi

a. Interlineat "mi".

necesaria. Et hoc facio cum licencia abbatisse, non tamen quod hoc possit comparati mi in proprium. Immo volo, / quod fiat secundum consuetudinem nostri ordinis. Totam hanc donacionem facio tali modo, quod si casu fortuito locus iste / sive monasterium predictum destrueretur, quod nullo monasterio in quo intrabo, habeat predictas possessiones que empte /12 fuerit de predicta hereditate et fraresche et legitime. Tamen eas, dum monasterium istud duravet, non vale-/am me transferre ad aliud monasterium nec si ego vellem recedem, quod deus auteritate aliqua racione ab isto mo-/nasterio. In antea nullo modo valeam repetere predictas possessiones. Immo monasterium predictum habeat iam dictas /15 et teneat ac possideat semper et infinitum, secundum quod superius dictum est. Ad hoc volo et mando quod fiat post / obitum meum, aniversarium de predictis .CC. solidos quos supra dictis retinui, aprovidentur conventui de predictis, et orent pro me domine, / predicti monasterii, et residuum detur in hutilitate predicti monasterii Ste. M^ab. Vallis Laure, ad hac dono et dimito predicto mona-/18 sterio, totam meam legitimam sive frarescham ac hereditatem meam, que mi competit racione matris mee. Hoc / totum facio infra tempus probationis. Et infra VI menses, dictum vero monasterium cum hoc publico instru-/mento, in plenariam possessionem mito ac corporalem istius donacionis. Ita quod decento non valean /21 iure aliquo comutare nec revocohare. Et me expolio ac penitus excludo. Et predictum monasterium in / plenam ac corporalem possessionem, induco et in michi in supra dictis omnibus heredem instituo. Et ad / revocandum supra dictam donacionem. Renuncio omni iure et consuetudine. Quod et quam pro me /24 possem inducere.

Actum est hoc XV^a kalendas augusti, anno Domini M^o CC^o XL^o VI^o.

Sig+num domine / Berengarie de Lusciano, predictae que omnia supra dicta laudo et concedo atque firmo, et testes / firmari que rogo.

Sig+num Guillermi de Portella. Sig+num Dalmacii de Mascans

b. Interlineat " Sta.M^a."

/27 milites. Sig+num Berengarii de Ribes, huius rei testes.

/ Petrus, sacerdos et capellanus de Sagas, qui hoc scripsit et in VII^a linea et in XVII^a suprascriptis, die et a- /nno quo^c supra.

Petrus, sacerdos et capellanus Vallis Lauree, qui hoc translatum fideliter trans-/30 latavit, die et anno quo^d supra.

c. Signe autografat entre les dues paraules.

d. Signe autografat entremig les dues paraules.

1246, octubre 11. Berga

Domna Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, i domna Geralda de Berga monge i fundadora del dit monestir; domna Agnès de Bayneres, prioressa i Elisenda de Puig Alt, sacristana, amb voluntat i assentiment del convent, venen, cedeixen i concedeixen en alou propi, franc i immune, a perpetuitat, a Ferrer Gilabert de Berga i a la seva filla Esclarmunda, un tros de casa del claustre de les cases que tenen a la vila de Berga, que foren dels Frares Menors. El preu és de 60 sous, que ja han cobrat. Deuen donar ademés 1/2 lliure de cera com cens anual per Nadal. Comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.161, n 8. Perg.
215/220. Mal conservat, amb parts borroses,
especialment la banda esquerra i al mig.

Notum sit omnibus quod ego domina Blanca, divina miseracione abbatissa monasterii Sancte Marie Vallis Laure. Et domina Geral-/da de Berga, monialis et fundatorem dicti loci. Et domine Agnetis de Bayateris, priorissa. Et Eliesendis de Podio Alto, sacristane, nos omnes parieter, /3 cum assensu et voluntate totius nostri^a conventus, per nos et per omnes nostros sucessores presentes et futuros, vendimus ad cedimus et proprium alodium franchum / in perpetuum, concedimus tibi Ferrario Gilaberti de Berga et filie tue Sclarmunde et vestris natis in posterum nacturis, unum trocium domus de ipsi cla-/ ustri, illorum nostrorum domorum quas habemus in ville Berge, qui fuerunt condam Fratrum Minorum. Quod dictum trocium domos quod nobis superius vendimus, /6 affrontat de omnibus partibus in nostro residuo ut iam terminatum est. Et in vestro orto terre qua iam ibi vobis dedimus. Quod dono trocium domus, / vendimus et concedimus vobis et vestris his affrontacionibus inclusum ad

a. Interlineat "nostri".

habendum, tenendum et in pace possidendum in perpetuum, cum introitibus et exitibus, pascuis pascuis et tectis et canalibus et degutariis^b, cum omni suo bastimento de abisso usque ad celum, et possitis ibi facere domos et bastire unas super alteras, /9 et habeatis pausam super nos et nos similiter super vos de abisso usque celum, et vos sitis in illa nostra franchitate ibidem data et concessa. Vide-/licet, quod vos et vestri ibidem stacionanti fratris, franchi et liberi atque immunes de oste et cavalcada, de questia, tolta et forcia et entestie / et exorquia et de redempcione hominorum vel feminarum et de omni servitudine. Et etiam de omnibus et singulis hic expressis et non expressis qua quod franchi-/12 tatem contigit extra cum et inde nobis et nostris retento, quod hoc totum pro nobis et noster nostro monasterio teneatis et mediam liberam cere pro censu annua-/tim in festo Natalis Domini semper facistis. Hanc autem vendicionem vobis vestris facimus precio .LX. solidarum, de quibus omnibus sumus bene paccate, / renunciantes omni excepcioni non numerate, peccunie et doli. Si vero hoc venditi plus predicto precium valet nec vel imposterum est valitura, totam plus valen-/15 cia, vobis et vestris donamus et concedimus. Item damus vobis que possitis clauso opire ca(mi...)^c illas quam inter nos et vos retinuimus et superius bastire / et domum facere licite sine aliquo contradicto. Damus inquam quod inde possitis^d meare aqua, et accipere per ipsam claustram, et nos faciemus ipsa aqua vobis et / vestris habere quam vobis necesse fuerit, ad habendum et accipiendum. Et totum hoc ut superius dictum est faciemus nos et nostri, vos et vestros /18 et cuicumque volueritis tenere et habere et in pace possidere ad omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuum faciendas et in firmis vobis et vestris legales / girentores et defensores contra omnes personas indistincte. Et hoc habetis in nobis et in omnibus rebus nostris et nostri monasterii. Et ut hoc omnia attendamus / et observemus et ne contra veniamus, renunciamus omni accioni et auxili et omni iuri quo ad hoc infrigenda nos iuvari possemus.

b. Interlineat "canalibus et degutariis".

c. Illegible 6 lletres.

d. Interlineat "possitis".

Et est /21 manifestum quod est actum, anno Domine Incarnacione M^o CC^o XLVI^o, die V^o idus october.

Sig+num Domine Blanche, abbatisse. Sig+num / domine Geralda de Berga, monache. Sig+num domine Agnetis de Banieris, priorisse. Sig+num Eliesendis de Podio Alto, sacristane. Sig+num / Timborchete de Angularia, precentoris. Sig+num Eliesendis de Vernet, que hoc omnia omnes laudmus et firmamus.

/24 Sig+num^e Petrus de Cordua et G. de Minovis de Berga (...) ^f et P. de Podio, testium.

/ Raimundus, scriptor publicus Berge, scripsit hoc et in VIII^a linea in XV^a linea suprascripsit^g, die et anno / prefixo.

e. Signe autografat.

f. Illegible una paraula.

g. Signe decorat entremig de les dues paraules.

1246, desembre 3. Calaf

Guillem de Boixadós i esposa Agnès, venen, donen i entreguen amb carta de dret de propietat a Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valladura, tot el feu íntegre que tenen en el terme del seu castell de Puigdemàger: el mas de Pere Batlle i el mas de Guillem del Coll, que els seus predecesors tenien pel senyor de Rajadell. Ho donen per 30 morabatins d'or. Comarca de l'Anoia, terme d' Els Prats del Rei.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.161, n. 9. perg. 240/230. En el revers indica: Lo feudo que qunte de la heredad bene a la abadessa de Vall daure.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Boxados, et uxor mea domina Agnes, per nos et per omnes nostros presentes et futuros, vendimus / et damus et cum testimonio presentis carte iure proprietatis, et possessionis corporaliter tradimus^a vobis domine Blanche, Dei gratia abbatisse /3 de Vallaura omnique vestre conventui et ministritibus et rectoribus eidem monasterii, scilicet totum ipsum feudum integriter nostrum quod habe-/mus et habere debemus infra terminos castris nostri de Puig de Mager. Sicut melius et plenius predecesores de me, dicto villano dum ibi tenuerit / et habuerit pro domino de Rajadello, cuius vicen et locum et dominium, vos predicta domina abbatissa in predicto castro et feudo, pleniter habetis /6 loca et nominata sicut de predicto feudo nostro, scilicet mansus de Petro Baiulo, cum inde pertinentiis et mansus de Guillerma de Collo, cum inde pertineatiis. Item in-/ tellegatur in hac dicta vendicione, omnes alias possessiones et iura qualibet nostra que infra terminos predicti castris, racione prefati feudi, habe-/mus et quolibet meo habere debemus, et in possessionibus et

a. Borrós, interpretem.

detentoribus in parte (...) ^b insolidum eidem feudi. Que omnia dicta universa et singula, ego G. /9 de Boxados, et uxore mea domina Agnes, per nos et per nostros, vendimus, damus et transfferendo vos dominam abbatissam, cum omni vestro conventu in hac dicta / vendicione, corporaliter possessionem tradimus et donamus per .XXX. morabetinos, boni auri et puri rectique precii. Quos omnes confitemur a vobis / numerando accepisse, et de ipsis integriter a vobis bene paccatores. Renunciantes omni excepcioni non numerate, peccunie et doli et si for-/12 se hec dicta vendicio in futura plus quam dictum precium valet vel valevit, quicquid amplius me valet vel antea valebit, ob remedium anime nostre / et parentum meorum, damus, in pepetuum concedimus, Domino Deo et monasterio de Vallaura et ministritibus ac rectoribus eidem loci. Re-/nunciantes in super omni iuri scripto et non scripto, tam civili quam canonici, contra hoc omne supradictum quolibet mea competenti in nobis succurenti et /15 especialiter illi legi que corrigit et destruit vendicione unimus iusti precii esse factam non valere quibus omnibus premissis penitus. Renuncia-/mus pro hoc omnia supradicta universa et singula, de nostro iure et posse et dominio penitus (...) ^c et in vestro vestrorumque successorum ratione prefati / monasterii iure et posse ac dominio in presenti tradimus, mitendo vos in super in corporaliter possessionem, cum auctoritate presentis carte, ob /18 habendum et tenendum ac possidendum et ad vestram vestrorumque successorum perhenvitur voluntatem faciendam. Quod cautelam et servitatem / vestram et vestrorum, ego G. de Boxados et uxore mea, domina Agnes, per nos et per nostros convenimus et bona fide promitimus, vobis domine / dicte abbatisse et omni vestro conventui et successoribus vestris, qui dictum monasterium regrerit super omnibus bonis nostris mobilibus inmo-/21 bolibus ubique sint, et extra facere legalem guarentiam de omni dicta vendicione contra cunctas personas nec et semper. Siquis hoc evadere vo-/luerit, non valeant et in duplo componat et sit omni tempore firmium.

b. No compres.

c. No comprés).

/ Actum est hoc III nonas december, anno Domini M° CC° XL° VI°.

Sig+num Guillermus de Boxados. Sig+num domine Ag-/24 netis, nos ambo qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Oti de Balzareis militis. / Sig+num G. de Abbadals. Sig+num Paleti. Sig+num Loberti de Solanelles. Sig+num P. de Podio, qui fuit / Colles.

Sig+num^d Guillermi Veneteris, capellani de Boxados, in cuius posse firmavit cartam istam dominam Agnes de Boxados, coram /27 presentibus testibus mei^e Burdi de castro Galino et P. de Cocina de Boxados et Januanii de Podio Grosso.

/ Arnaldus de Fluviano, presbiter dictis prior de Calaf, qui hoc scripsit^f.

d. Lletra més petita en les dos linees següents, com si fos afegit.
e. Entremig posa el seu signa.
f. Entremig posa el seu signe.

1248, març 8. Berga

*Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura
Agnès de Bagneres prioressa, Esclarmunda sots-prioressa,
Berenguera de Lluçà sacristana, Timbors d'Anglesola
cantora i tot el convent, venen, concedeixen i entreguen
a Jaume de Vilaró les restants cases que tenen prop
de la vila de Berga, que foren dels Frares Menors, com
alou propi franc i immune, a perpetuïtat, pel preu de 75
morabatins d'or fí. Fan un cens anual d'una lliura de
cera per Nadal. Vila de Berga, comarca del Berguedà.*

A. AHN. Clero, Valldaura, c.161, n. 10. Perg.
220/245. Carta partida per ABC. La lletra inicial
gran i molt dibuixada. Pergamí una mica borrós i
tacat a la part esquerra. Mal conservat.

Notum sit omnibus quod nos domina Blanca, Dei gratia
abbatissa monasterii Sancte Marie Vallis Lauree, et Agnetis de
Banieris priorissa et / Columba subpriorissa et Berengaria de
Luciano sacristana, et Timboris de Angularia cantorissa. Omnes
parieter, una cum assensu et voluntate totius conventus, per
nos et per omnes successores nostros presentes atque futuros,
vendimus, concedimus et cum hoc publico instrumento semper
valituro tradimus / tibi Jacobo de Vilaro et tuis et cui
vendere, dare, seu alienare volueris, illas residuas nostras
domos quas habemus et habere debemus aput / Bergam, de illa
tenedonem qui fuit Fratrum Minorum condamnatum portallum,
quantum ibi habemus et habere debemus scilicet, claustram et
illam domum que dicebantur /6 dormitorium et alteram qui
dicebatur reffretorium. Et affrontat hoc totum quod tibi
vendimus, in ortum et in domibus Raimundi^a Decordua, et in
domibus Bernardi / Textoris, et in domibus Ferrari Gilaberti, et
in domo Petri de Podi ad introitum. Et affrontat in ipsi nostro

a. Borrós, interpretem.

residuo corallo que erat constructum pro Fratribus Minoribus /
ratione ecclesiem et in alia parte in illo quod dedimus Raimundo
Decordua per stabolum, iuxta domos F. Gilaberti. Et que habeatis
intradam et exitam unu modo ibidem /9 intramus, sicut tenet
dictam intradam et sic tenet de fronte^b portallum, et de ample
et deleaigeda usque in cararia que vadit ad ipsam dot de
cascaills sicut tibi est / assignatum et terminatum est sicut
superius affrontatur et determinatur. Salva intrada P. de Podio
et quantum inter istas affrontaciones habemus tibi et tuis /
vendimus et concedimus in perpetuum, ad habendum et tenendum et
in pacem perpetuam possidendum, proprium alodium, franchum et
immunem ad omnes tuas tuorumque volun-/12 tates in perpetua
faciendas. Hanc autem vendicionem tibi et tuis facimus precii
.LXX. quinque. morabetinos iucifiarum auri fini, de quibus
omnibus sumus bene / tui paccate. Renunciantes omni excepcioni
non numerate, peccunie et doli. Si vero hoc venditi, plus
predicto precio valet nec vel in posterum est valituro, totam /
plus valentiam, tibi et tuis damus et in perpetuum concedimus.
Et tu et tuis illum locum tenentes, sitis ibidem franchi et
liberi atque immunes de ost et cava-/15 cada et de legi et de
redencione et de questia et forcia et etiam de entestia et
exequia et in omnibus vel ad servitutem ac ad franchitatem et
libertatem pertineant, / pro ut melius dici aut intelligi
potest, sine omni vestro enganno, ne etiam de tercio de his dare
non tenamini aliquo tempore vos vel vestri, si hoc dicta vendere
/ de indere unquam contingerint utriusque partis tam emptoris
quam venditoris. Nihil aliud in his nobis aut nostris retinemus
aut reservamus nisi tantum modo que /18 hoc totum pro nobis et
pro monasterio nostro Vallis Lauree teneatis tu et tui et quod
nobis et nostris .II. liberas cerem pro censu annuatim faciatis
annuatim in / festo Natalis Domini, nichil aliud censu facem
teneamini. Et nos et nostri faciemus vobis et vestris et
Iermani et uxori vestre Elichsende et cui volueritis imperpetuum, / salvo iure dominorum in omnibus dictus Clos et Comelars sicut superius nominatur. Vendimus vobis Petro Ierma et uxori vestre Elichsende et cui volueritis sicut melius dicti pote ad intelligi ad nostrum nostrorumque / salvamentum et bonum intellectum, nos extrahentes hoc de nostro nostrumque iuri dominio et posse eandem in nostrum nostrorumque ius dominium et posse transferimus irrevocabiliter. Inducendo te cum hoc publico /9 instrumento perpetuo valituro, de presenti in corporalem possessionem pleno iure, tanquam in rem nostram propriam ad habendum et semper quiete possidendum et ad omnem vestram vestrorumque voluntatem faciendam, sine ullo / nostro nostrorumque rectum ullius hominis et feminis, et pro hanc autem vendicionem, recipimus a vobis .XL. solidos monete terni Barchinone, de quibus a vobis sum bene paccati nostre voluntati. Renunciamus excepcioni / non numerate, peccunie et doli. Et siquit hec dicta venditio, plus modo valet vel a modo valuerit precio supradicto in super, promitimus vobis et vestris solvere quisque nostrum in solidum dicta vendicione et /12 etiam michi vobis et vestris legales guarentes ac deffensores et quod teneamur semper vobis et vestris de firma et legali eviccione. Repromitentes vobis quod ad questionem siqua vobis vel vestris mota / fuerint in predictis insolidum vel in parte stanti, satisfaciemus et respondebimus pro vobis et vestris et agentiis causam nostris propriis in expensis a principibus usque ad finem suscipiendo in nos autem hiis / contestacionem bonus linguis vel vobis vestris similitis possitis causam agere pro vos ipsos eleccionem tam superius hoc vobis et vestris, quam voca remitendo vobis et vestris ex pacto neccessitatem denunti- /15 ationes. Et si vos vel vestrorum eligeritis in propria tractare, causam promitimus restituere vobis et vestris qua hora velitis quisque nostrum insolidum, expensis circa licen factas et querelatum a vobis vel vestris sit / evictum sive obtineatis in causam sive subcumbeatis totum interesse gravamem (nei stionis) si qua abetis operint et facere vel sustinere quo modo sint, quod de hiis omnibus vobis et vestris planis verbis / absque placito et sacramento et sive testiis vel testium produccione ac sine aliqua cabemenia pro quibus omnibus et singulis complendis

et atendendis, obligamus vobis et vestris quisque nostrum insolidum /18 nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia ac seniacione habita et habenda, in quibus magno melius accipere volueritis sine nostro dominio. Et non possimus altere pro altero excusari. Renunciamus / quantum ad hec novissime constitutioni et omni iuroi rationi et consuetudine contra et repugnanti. Ad mayorem vestram vestrorumque cautelam, ego Berengaria Seguera et filius meus Petri, iuramus, / per Deum et eius Sancte IIII° Dei Evangelia, coram nobis posita et a manibus nostris corporaliter tacta, hoc omnia supradicta atendere, complere et nunquam contravenire. Renunciamus quantum ad hoc, omni /21 iuri scripto et non scripto, civili et canonicho.

Actum est hoc III kalendas marcii, anno Domini M° CC° LXX°.

Sig+num Berengarie Seguera, iurantis. Sig+num Petri filii eius, iurantis; qui hoc omnia / laudamus, iuramus et firmamus. Sig+num Arsendi, uxori dicti Petri. Sig+ne (monache). Sig+num Elieshendi, filias Berengarie Seguera, qui hoc omnia supradicta laudamus et firmamus.

Testes huius rei sunt, / Petrus Cereioni et Bernardus Cardone et Arnaldus Dartes de Patris.

Sig+num^b mei A. de Morros, notarii publici de Calaff, in cuius posse G. de Solerio, recepto tercio istius venditionis, hec /24 firmavit et promisit sub obligacionem rex suorum, quod predictos emptores, semper super tercio ab ipso recepto, defendant et quandam domum in dicto Clos sitam, emiptoribus solvit et difinuit, / salvo sibi scensu .Sex. denarios terni in dicto Clos, testibus presentibus Berengaria, FF. et Guillermo de Val et Petro Cerolio de Pratis. Sig+num Bernardi Deape. Sig+num Dominici Carnicer, / testium firmamenti et iuramenti dicti Petri et firmamenti etiam Arsendis, (monacha) et Eliehsendis predictam.

Sig+num^c, Petri Mageri, publici notarii Tarrege, in cuius posse et manu firmavit et iuravit /27 dictus Petrus et etiam firmarunt dicte Arsendis, ne et Eliessendis, nonas madii anno quo supra.

Sig+num domina Blanca, Dei gratia abbatissa Vallis Lauree, qui hoc firmo et recipi racione / huius laudacionis .XIII. solidos, salvo censu iure et dominio nostro monasterio in omnibus. Sig+num domina Gueraldona de Jorba, eiusdem monasterio subpriorissa, qui hoc firmo.

Sig+num^d / Guillermi de Porta, clericus de Solanellis in cuius manu et posse predicte domine firmarunt. Testibus presentibus G. Mudalel et G. De Oliveres, P. Artes de Pratis. Sig+num Berengario de Me-/30 dalia, qui hoc laudat et firmat, salvo iure suo in omnibus, scilicet, unum par gallinorum quos recipit annuatim super illa honore qui nuncupatur, era den Seguer, et afrontatur dictus honor / cum fferegenal, qui fuit Guillermi de Aligno quondam, et secundum cum fereyallo qui se tenet proprii Guillermo de Solario de Calaff.

Sig+num^e Gerangoldi de Medalia, notarii publici de Pratis, qui hoc scriptis.

/ Sig+num^f mei Berengarii Rovira, regentis scribaniam ville de Pratis pro fratre Francischo de Ribalta, coadiutore perpetuo rectore ecclesie dicte ville, notario publico eiusdem, qui hoc translatum /33 a suo originali fideliter abstractum scribi feci, cum supraposito in sexta linea ubi dicitur, vocibus, et clausit.

c. Signa autografat.

d. Signa autografat.

e. Signa autografat i decorat.

f. Signe autografat i decorat.

1275, abril. Església d'Olvan
Umbert de Merlès, dóna a perpetuïtat, per remei de la seva ànima i la dels seus pares, a Blanca abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, al convent i al monestir, una quadra de terra anomenada "des Olzeda". Accepta 10 sous de Barcelona. Situat al terme d'Olván, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 6. Perg. 240/180. Mal conservat, trencat en la part final esquerra i taques d'humitat per varis llocs, especialment al mig i a la part dreta final. La "N" inicial una mica decorada.

Notum sit omnibus quod ego Umbertus de Merlesio, miles, per me et omnes meos presentes et futuros sol(vo)^a, deffinio / atque in perpetuum relaxo et dono, ob remedium anime mee parentumque meorum, vobis domine Blanche, Dei gratia abbatisse de /3 Vallaura et conventui et monasterio eiusdem in perpertuum, quadam terram vocatam dez Olzeda quam tenebat pro me et meis G. / de Ripa condam. Quam vendidit vobis et vestro monasterio in perpetuum pro ut in instrumento inde confecto plenius continetur. Quam predictam / vendicionem ratam habemus et eam confirmamus in perpetuum, et totum ius et dominium quod in predicta(...)^b habebamus vel habere debebamus /6 aliqua racione iure meo vel casu, vobis predictae domine abbatisse et monasterio el conventui eiusdem, damus et concedimus cum hoc publico in- /strumento in perpetuum valituro, sicut melius et utilius dici vel intellegui pote ad vestrum comodum et vestrorum. Et in(...)^c omnia nullum / ius nobis vel nostris deinceps retinemus aut reproviamus aliquo modo. Imo, nos et nostros inde spoliantes, et

a. Borrós per taca. Interpreto.
 b. Taca, falten 3 lletres.
 c. Taca, falten 4 lletres.

vos et ves(tros)^d successores /9 inde investimus. Et in plenam et corporalem possessionem iuris et faci in presenti, cum hoc publico instrumento in perpetuum^e valituro, de omni / iure et dominio que in predicta terra habebamus, vos et vestrum monasterium mitimus et inducimus et stituentes in vos et vestros suc-/cessores, veram dominam et procuratorem ut iurem nostram propriam. Et evicionem sive garentiam, vobis et successoribus vestris /12 et vestro monasterio, faciemus contra omnes personas in iudicio vel extra, sub obligacione omnium bonorum nostrorum. Et pro hac donacione, / accepimus a vobis .X. solidos Barchinone de terno, de quibus sumus bene vestri paccati. Renunciantes excepcionem peccunie non (nu)merate^f et doli. Et si plus valet vel de cereto valebit. Totum illud quicquid fuerit, damus et concedimus vobis gratis intervivos. Re(nun)-/15 ciantes^g omni iuri canonico et civili atque consuetudinario, scripto et non scripto. Quo vel quibus contra predicta aliquatenus venire / possimus. Et afrontat predicta terra, a parte orientis et meridici in honore nostro, et circii^h in honore mansi de Ar(ti)-/gaⁱ et occidentis in honore G. de Castelione, quem tenet pro vobis.

Actum est (hoc) (...) ^j kalendas aprilis, anno Domini M^o /18 CC^o LXXV^o.

Sig +num Umberti de Merles, predicti, qui hoc laudat et firmat, (...) ^k.

/ Sig+num^l Petri de Fondalda, presbiteri et Bernardi De Scobet et Bernardi Blanch, testium.

/ (...) ^m de Minovis, rectore ecclesie Dolvan, scripsit hoc

-
- d. Tacat, interpretem.
 - e. Tacat, interpretem.
 - f. Tacat, interpretem.
 - g. Tacat, interpretem.
 - h. Tacat, interpretem.
 - i. Tacat, interpretem.
 - j. Tacat, interpretem i falten 4 lletres.
 - k. Trenecat, falten 5 lletres.
 - l. Signe autografat.
 - m. Trenecat, falten 6 lletres.

et suum Sig+num (...)ⁿ apposit, die /21 et anno prefixe.

n. trençat, falten 6 lletres.

1275, desembre 20. Berga

Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, en nom seu i del convent, venen, concedeixen i donen a perpetuïtat a Bartolomeu de Cardona, comorant a la vila de Berga, la tercera part del bosc que tenen en la parròquia de Santa Maria de Matamala, amb licència per tallar arbres, fusta i llenya de qualsevol gènere, i per obres de torneria. Reben 50 sous i uns cens anual per Nadal de dues dotzenes de "panifsidinis" i mitja dotzena de blats pulcres i bons. Situat al terme de Les Lloses, comarca del Ripollés.

A. AHN, Clero, Valldaura, c.162, n. 7. Perg.
225/310. Borrós i amb un forat a la quinta línea.

Notum sit cunctis quod nos domina Blanca, Dei gratia abbatissa monasterii Vallis Lauree, per nos et conventum eiusdem et per omnes suc-/cessores nostros presentes et posterius, cum auctoritate in testimonio huius publici instrumenti perpetui valitiri et duraturi, vendimus et concedimus et /3 damus in perpetuum tibi Bartolomeo Cardone, comoranti in villa Berge et tuis et cui volueris in perpetuum, videlicet, illam nostram terciam partem illius ne-/moris, quam habemus et habere debemus, in parrochia Sancte Marie de Matamala que est in termino de Za Guardia. In qua dictam / terciam (partem)^a totius dicti nemoris, vendimus et concedimus atque damus te et cui volueris gratuita voluntate, et tuis in perpetuum vis(...)^b /6 et servitatem et plenum posse et licenciam scindi arboris que sunt et erunt in dicta tertia parte dicti nemori et fustes et / ligna cuiuscumque generis ibi sunt et erunt ad opus ministerii de torneria et tenendi operarios quoscumque voluerit et quandocumque / qui ibi scindant et possint scindere arboris, fustes et ligna necries et

a. trenca, interpretem.
b. Borrós.

necreria ad opus dicti ministrii, sine contradicto nostro et nostrorum /9 successorum et alterius cuius libet persone. Predictam omniam, vendimus, concedimus atque damus tibi et tuis et cui volueris ad omnes tuas et / tuorum voluntates libet faciendas. Et damus et concedimus tibi et tuis et cui volueris, perpetuo plenum posse et licenciam deffendendi dictam / terciam partem dicti nemoris a quibuscumque personis, et que in predictam tercia partem, ante dicti nemoris, nullus scindat aut scindere /12 possit de arboribus lignis et fustibus, que sunt et erunt in predicto nemore sive bosch, ad opus ministrii de torneria sue / voluntate et licencia tua et tuorum. Et confitemur et veritate recognoscimus, nos habuisse et recepisse a te^c pro predictis .L. solidos Barchinone / de terno, de quibus sumus bene paccate nostre voluntati. Renuncians excepcioni predictorum denariorum non receptorum^d et doli. Et certificunt super plus /15 valentia siquid plus valeant aut valebunt, predicta totum damus et concedimus tibi et cui volueris et tuis in perpetuum. Mittentes te / in presenti, in possessorem vel quasi possessorem, iuris scindenti ad opus predicto ministerii de torneria, in predicta tercia parte nemoris sive / bosch. Et te verum dominum, dicti iuris et servitutis constituimus ad habendum, tenendum, possidendum, expletandum et faciendum tuas /18 voluntates. Constituentes te de predictis procuratorem et dominum ut in rem tuam propiam. Cedentes atque dantes tibi et tuis et cui volueris / in omnibus predictis, totum locum nostrum iuri, voces et acciones et quicquid ibi habemus et habere debemus, quacumque racione, quantum /ad mi et servitutum scindendi ad opus predicti ministrii de torn et de torneria. Et nos et nostri successores faciemus tibi et tuis et /21 cui volueris predicta omnia et singula tenere et habere et pacifere, possidere contra cunctos in distincte. Salvo dominio nostro. Et de eviccione / reali, promitimus et tenemus omnium predictorum in vera ante causam et post causam, in iure et extra ius. Pro qua eviccione et omnibus / predictis perpetuo servandis et complendis, obligamus tibi et tuis omnia bona dicti monasterii mobilia et immobilia, habita et habenda /24 utrique sint, et tu

c. Te, interlineat.

d. Receptorum, interlineat.

et tuis qui predicta tenuerint faciatis nobis et nostris successoribus pro predictas, censum annuatim in festo Nati- / vitatis Domini perpetuo, duas dodzenas panifsidinis et mediam dodzenam trihorum pulcrarum et pulcrorum bonorum et recipientium. / Et nullum alium censum nec aliquod aliud nobis aut meis successoribus, dare vel facere teneatis pro predictos. Et ego dictis Bar-/27 tolomeis per me et meos, promito vobis in perpetuum facere predictum censum ut predicatur sune aliquo contradicto. Renunciantes / omnes in simul, omni iuri canonico et civili, comuni et privato, scripto et non scripto et iuribus consuetudinario et iuris auxilio / quibus possimus contra predicta iuari.

Actum est hoc XIII kalendas ianuarii, anno Domini M° CC° LXXVI.

Sig+num domine /30 Blanche predicte. Sig+num Eliesendis de Turdo, priorise. Gualde de Iorba subtus-priorise, Ermesendis / de Ioval, sacristane. Guillerme de Bayona, cellararie et (Na)(...)^e de Zacostanera, hostalarie. Quod hoc omnes / laudamus et firmamus.

/33 Sig+num Bernardi de Matamala et Arnaldi Viles. Testes.

/ Raimundus Lupeti, publicus notarius Berge, qui hoc scripsit, cum dictione rasa et emendata, vi dici, ministri, et alibi cum / dictionibus suprapositis, vi dicitur, non receptorum, et suum Sig+num^f apposuit, die et anno prefixis.

e. Illegible.

f. Signe autografat i decorat.

1277, agost, 5. Manresa

Tomasa de Portella, vídua de Raimon de Guàrdia, i el seu fill, Pons de Guàrdia, junts prometen a Arnau Rotger, comte de Pallars, que restitueixen i entreguen el lloc i parròquia de Pedret, que li havien venut quan el senyor de Mataplana els vengué al senyor de Portella, i heretà el seu fill Guillem, i que aquest vengué a Berenguer de Portella, pare meu. Situat al terme de Cercs, comarca del Berguedà.

A.

B. ACA. Cancel. Pere II, Pergamins, c.109, n. 54. Perg. 250/135.

C. ACA. Trasllats Reg. Canc. Pere II, n.54.

Notum sit omnibus quod nos domina Thomasa de Portella, uxor quondam nobilis R. de Guardia, et Poncius de Guardia filius eorum, ambo pariter promittimus / bona fide et firma stipulacione vobis nobili Arnaldo Rodgerii, Dei gracia comiti Pallarensis, et tibi notario infrascripto stipulanti pro ipso quod nos trademus /3 et restituimus vobis et cui volueritis, omnia instrumenta facientia pro loco et parrochia de Pedreto, que vobis vendimus quam cito per vos vel vestros fuerimus / requisiti, et specialiter instrumentum cum quo dominus de Mataplana vendidit predicta domino de Portella et testium domini de Portella, in que dimisit / predicta, Guillermus de Portella filio suo, et instrumentum vendicionis in quo, Guillermus de Portella vendidit predicta, Berengario de Portella, patri meo. Et /6 etiam quamcumque alia instrumenta facientia pro dicto loco, pro quibus omnibus vobis et vestris servandis et complendis obligamus vobis et vestris omnia / bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda ubique. Renunciantes sponte omni iuri et exceptioni quibus possemus contra predicta

iuari. / Et nos predicti principalis iuramus et iurando sponte promittimus nos hec omnia et singula attendere, servare et complere et non in aliquo /9 contravenire, si Deus nos adiuvet et hec Sancta IIII^o Dei evangelia, corporaliter per nos tacta.

Actum est hoc nonas augusti, anno Domini / M CC LXX. VII.

Sig+num domine Portelle et Poncii de Guardia, predictorum iuratorum, quod et qui hec laudamus et firmamus.

/ Sig+num R. de Qualepa. P.Barrat. P. dez Padrinya et Burdi dez Vilar, testium.

/12 Raimundus Lupeti, publicus notarius Berge, qui hoc scribi fecit, et suum Sig+num^a apposuit, die et anno prefixis.

a. Signa autografat i decorat.

1277, agost, 5.

Tomasa, senyora de Portella de Guàrdia, vídua del noble Raimon de Guàrdia i Pons de Guàrdia, seu fill, junts prometen a Arnau de Rotgers, comte de Pallars, que alliberaran i treuran la parròquia i el lloc de Pedret i els homes allí escampats, i tot dret local que li han venut. Situat al terme de Cercs, comarca del Berguedà.

A.

B. ACA. Cancel. Pere II, Pergamins, c.109, n. 55.
Perg. 300/135. Bon estat.

C. ACA. Trasllats Reg. Canc. Pere II, n. 55.

Noverint universi quod nos domina Portella dez Guardia, uxor quondam nobilis R. dez Guardia et Poncius dez Guardia, filius eorum, ex certa sciencia per nos / et omnes nostros cum hoc publico instrumento, promittimus bona fide et firma stipulacione vobis domino Arnaldo Rotgerii, Dei gracia comiti Pallarensis et vestris, nobili /3 notario infrascripto stipulanti pro dicto domino A. Rotgerii, quod nos liberabimus et quitabimus parrochiam et locum de Pedreto, et homines ibi degentes et loca / universa que vobis vendimus, ab omni obligacione qua sint predicta vel aliquod de predictis obligata tam pro obligacionibus nostris, quam predecessorem nostrorum. / Que omnia predicta faciemus et complebimus bona fide, quam cito per vos vel vestros vel alium loco vestri verbo vel literis fuerimus moniti vel requisiti /6 nos predicti vel alter nostrum. Et si forte ratione alienius obligacionis, vos vel vestros vel hominis dicti loci contingeret, aliquam solucionem vel / soluciones facere pro predictis, aut dampnum vel interesse sustinere, totum restituemus vobis et cui volueritis bona fide incontinenti sine omni dilatione / et diffugio bona fide quam

cito per vos vel vestros fuerimus requisiti vel per aliquem nomine vestri. De quibus tradamini simplici verbo sine pena et /9 Sacramento pro quibus predictis servandis et complendis, obligamus vobis et cui volueritis quisque nostrum solidum omnia bona nostra mobilia et immobilia / ubique. Et renunciamus beneficio dividendarum accionis et Nove Constitutioni et omni iuris auxilio quibus possemus contra predicta ad iuvari. Et / nos dicta domina et Poncius de Guardia, eius filius, iuramus et iurando sponte promittimus predicta omnia attendere et servare et complere bona fide /12 et non in aliquo contravenire aliqua ratione que dici posit, sic Deus nos adiuvet et hec Sancta IIII^o Dei evangelia, corporaliter per nos tacta.

/ Actum est hoc nonas augusti, anno Domini M CC LXX VII.

Sig+num domine Portelle et Poncii de Guardia, predictorum iuratorum, qui hoc / laudamus et firmamus.

Sig+num R. De Qualepa, clerici. R. Barrat. P. de Padrinya. Burdi dez Vilario. G. dez Torrents. R. /15 de Valpicants, capitent. Bartholomi David et P. Daviana, presbiteri, testium.

/ Raimundi Lupeti, publicus notarus Berge, qui hec scribi fecit, cum raso et emendato ubi dicitur, predecessorum et alibi vestri, et sum Sig+num^a apposuit, / die et anno prefixis.

a. Signa autografat i decorat.

1279, agost 29. Solanelles

Trasllat fet el 4 maig de 1341. Dolça, vídua de Jaume de Solanelles i el seu fill Romeu, venen i entreguen irrevocablement a Guillem de ça Quadra, "estant" en el castell de Solanelles, una peça de terra dita "lo Vinyal", situada al castell de Puigdemàger, sota el domini i potestat del monestir de Santa Maria de Valldaura. El preu és de 35 sous de Barcelona. Són testimonis varis homes de Solanelles; ho firmen i lloen l'abadessa Blanca, priora Elisenda, sagristana Ermesenda, cantora Berenguera, Guillerma cellerera i el clergue de Solanelles. Situat al terme de Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 8. Perg. 330/235. Una mica borrós. La lletra inicial del trasllat, i la de l'inici de text copiat, decorades.

Hoc est translatum sumptum fideliter, quatro nonas madii anno Domini Millessimo Trecentessimo Quadragessimo Primo, aquodam instrumento cuius tenor talis est. Notum sit cunctis presentibus et futuris / presentem paginam inspecturis, quod ego Dulcia, uxor condam Jacobi de Solanelles et filii mei Romei et Jacobi utrimque nostrorum in simul, per nos et omnes nostros presentes et subsequentes, vendimus et irrevoca-³ biliter tradimus vobis Guillermo de Çaquadra, stante in castro de Solanelles et vestris et cui vos volueritis, silicet, quem dictum nostrum campun que vocatur Lo Vinyal, que est situm in termino castris de Puig de Mager, / sub dominio et potestate monasterii Sancte Marie Vallis Laure. Que afrontat a prima et a secunda parte in nos venditoribus, a tercia vero parte in onore Guillermi Texidor, et de alia parte in onore Petri Alerii. Sicut / omnibus partibus afrontatur et terminatur circumcirca et cum introitibus et exitibus suis et melioramentibus suis que ibi

sunt et facere volueritis. Ita vobis et vestris vendimus et tradimus pro precio .Triginta et /6 Quinque. solidorum Barchinonem monete terni. Quos confitemur a vobis habuisse et numerando recepisse. Renuncians omni exceptioni non numerate, peccunie et doli. Prefatam vero vendicionem vobis et vestris facimus om-/nem bonum nostrum intellectum et comodum, sicut nos habemus et tenemus et habere debemus et nostri predecessores, omni tempore tenererunt. Ita vobis et vestris vendimus et tradimus, mitendo vos et vestris / in possessionem et corporalem perpetuam tenedonem, habendo vos de certo potestatem, vendendi, dandi, alienandi, inpignorandi vel quecumque volueritis, voluntates tanquam de res vestra propria, salvo /9 nostri iure et dominio seniorum in omnibus. Et si dicta venditio plus de predicto precio modo valet aut deinceps valuerit, totum in nostro plano habeatis. Renunciantes omni iuri et legi canonici et civili. Et spe-/cialiter illi legi que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii. Preterea retinemus in predicta venditione .Duos. denarios Barchinonem monete terni, quos faciatis vos et vestris nobis et nostris annuatim / in festo Sancti Michaeli septembre, pro certo canone censu. Et hoc facio nichil aliud tenamini facem nobis ne nostris. Et nos et nostri faciemus vobis et vestris tenen et possiden in pace contra cunctas personas /12 in eternum. Et obligando ad hoc omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda utrique sint longe vel proper. Item ad maiorem vestram serenitatem et firmitatem, ego predicta Dulcia non nec metu / nec in aliquo coacta immo spontanea et libera voluntate, promito omnia predicta atendere et non in aliquo contravenire si Deus me adiuvet et hac Sancta quatuor Evangelia, coram me posita et corporaliter / per mea tacta.

Actum est hoc IIII° kalendas setembre, anno Domini M° CC° LXXIX°.

Sig+num Dulcie, prediacte venditoris, qui hoc firmo et concedo, testes que firmare rogo. Sig+num /15 Romie et Jacobi predictis, qui hoc firmamus concedimus atque laudamus.

Testes huius rei sunt, G. de Sala et Bernardus de Maçana et G. Lobet, homines de Solanellis.

Sig+num domine / Blanche, Dei gratia abbatisse monasterii Vallis Lauree, que hec firmat et laudat. Sig+num Eliesendis de Turdo, priorisse eiusdem. Sig+num Ermesendis de Joval, sacristane. Sig+num / Berengarie de Castlluz, cantoris. Sig+num Guillerme de Basora, cellararie, que hec firmant et laudant.

Guillermus de Porta, clericus de Solanelles, qui hoc scripsi et meum Sig/+num^a hic inpresi.

/ Sig+num Berengarii Mercerii, subvicari de Pratis et Segarre pro domino rege, qui viso originali a quo hoc translatum fideliter supra est ipsumque translatum in nostri presentia / per infrascriptum notarium, in nostri presentia fideliter comprobatum eidem, nostram prestamus auctoritatem periter et decretum, ita quod in iudicio et extra iudicium, fides ab omnibus habetur, appositum /21 hic per notarium infrascriptum, die et anno predictis.

/ Sig+num^b mei Jacobi de Ulugia, regentis scribaniam villa de Pratis, pro ffratem Francischo Vives, coadiutore perpetuo rectore ecclesie dicte ville ac notario publico eiusdem, qui hoc / translatum sumptum fideliter a suo originali, actorizatumque per dictum subvicarium, scripsi. Die et anno in prima linea, contentis presentibus testibus Petro Viver et Raimundo /24 Scutifer de Pratis.

a. Signa autografat.

b. Signe autografat i decorat.

87 bis.A

1282, febrer 23. Calaf

Trasllat fet 20 d'abril de 1341. Jaume de Comes, de Castellfollit del Boix, i muller Maria, venen i entreguen a Dolça de Solanelles, vídua de Jaume Batlle, totes les possessions i honors que tenen en el terme del castell de Puigdemàger, sota el domini de l'abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura. El preu és de 30 sous. Situat al terme de Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.166, n. 8. Perg. 260/265.

Hoc est translatum sumptum fideliter, undecimo kalendas madii anno Millesimo CCC^o Quadragesimo Primo, a quodam instrumento cuius tenor talis est. Notum sit cunctis / tam presentibus quam futuris, quod ego Iacobus de Comes de castro Folis dez Boix et uxor mea Maria, per nos et omnes nostros, bono animo et spontanea voluntate, vendimus et in /3 presenti tradimus cum hoc presenti publico instrumento perpetuo valituro, vobis Dulcia de Solanelis, uxor quondam Iacobi Batle et vestris et quibus volueritis dare vel relinquere / imperpetuum, videlicet omnes honores et possessiones quos et quas habeamus sive hec debemus in termino castris de Puig de Mager sub dominio domine abbatisse Vallis / Laure, dictas possessiones habeatis cum introitibus et exitibus melioramentis factis et faciendis atque omnibus eorum pertinentiis, vobis vendidimus in- /6 tegriter, scilicet pro precio .Triginta. solidos Barchinone monete terni. Quos a vobis habuimus et numerando recepimus de quibus sumus bene paccati / toti nostre voluntati. Renunciantes omni excepcioni non numerate, peccunie et doli. Et si dicta vendicio plus isto precio nec valet ad / de cetero valebit,

totum in nostro plano dono plenius habeatis. Renunciamus etiam illi legi que subvenit deceptis ultra di-/9 midiam iusti precii, et omni alii iuri canonico et civili nobis in aliquo valituro. Salvo tamen iure et dictis denariorum. Et sic de nostro posse / iure et de dominio, totum erimus et in vestrum transferimus penit hac omnino. Mittendo vos in possessionem et corporalem tenedonem / habendo vos potestatem vendendi, alienandi, faciendi quamcumque volueritis voluntate. Promittentes etiam vobis quod dictos ho-/12 nores et possessiones faciemus vobis et vestris tenere, habere et possidere in pace contra cunctos. Et de evictione et guirentia inde facienda, / obligamus vobis omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda in quibus melius et plenius habere volueritis. / Et ad maiorem vestram firmitatem, ego predicta Maria uxor dicti Iacobi, renuncians consideata mente, omni iuri dotis /15 suis sponsalicii et cuilibet alteri iuri, iuro omnia predicta et singula attendere et complere et non in aliquo contravenire per me nec per aliqua / persona, sit Deus me adievet et hac Sancta IIII Dei Evangelia, coram me ponita et corporaliter per me tacta.

Actum est hoc / VII kalendas marcii, anno Domini M° CC° LXXX secundo.

Sig+num Iacobi de Comes de castro Folit, qui hec supradicta firmavit et /18 laudavit. Sig+num^a Gaucerandi de Prato, presbiteris de Castro Follito, in cuius posses et manu, predicta Maria, hanc car-/tam firmavit et iuravit, presentibus testibus G. de Rabega et G. de Ximerades.

Testes huius rei sunt Bernardus de Porta de Calaf et Guillermus / de Sinerades. Br. Mercer. Petrus clericus de Aquilario.

Sig+num^b Berengarius de Viladeran, rector ecclesie de Solanelis, in cuius posse /21 firmavit dominas Blancam abatissam Vallis Laure et Geraldam de Jorba et domne domine Spertona, et

a. Signa autografata i decorat.
b. Signe autografata i decorat.

inde tercium recipit.

Testes Petrus de Castelbo, / et Petrus Ble et Raimundo Zaval, Arnaldus de Morros notarius publicus de Calaf, qui hoc scripsit et hic Sig+num^c imposuit.

/ Sig+num Berengarii Mercer, subvicarii de Pratis et Segarre pro domino rege, qui huic translato in nostri presencia per infrascriptum notarium, cum suo /24 originali fideliter comprobato, nostram prestamus auctoritatem periter et decretum, ut fides ipsi translato, ab omnibus habetur appositum hic per notarium / infrascriptum, die et anno predictis.

/ Sig+num^d mei Iacobi de Ulugia, regentis scribaniam ville de Pratis, per fratrem Francischo Vives, coadjutore perpetuo rectore /27 ecclesie dicte ville, ac notario publico eiusdem, qui hoc translatum sumptum, a suo originali fideliter, auctoritzatumque per dictum / subvicarium, scribi feci, die et anno in prima linea, contentis presentibus testibus Petro Viver, Raimundo Stutferi de Pratis, et clausi.

c. Signe autografat i decorat.
d. Signe autografat i decorat.

87 bis.B

1285, agost 26. Manresa

Romeu, abat del monestir de Sant Pere de la Portella, confessa i reconeix la donació feta per Tomasa Portella, esposa de Ramon de Guàrdia, al monestir de la dècima d'Olvan. I, reconeix també la retenció de 100 sous anuals per Marquesa de Guàrdia, prioressa del monestir de Santa Maria de Valldaura, pagadors a la festa de Santa Maria d'agost. Terme d'Olvan, comarca del Berguedà.

A. ACS. Monestir de la Portella: Pergamins, 38,7 x 32 cm.

Sit omnibus notum quod nos frater Romeus dei gratia abbas monasterii Sancti Petri de Portella et conventus eiusdem loci, per nos et omnes successores nostros, confitemus et recognoscimus vobis domine Thomasie, uxori nobilis / Raimundi de Guardia quondam, que in donacione oblacione et stabilimento que nobis et dicto monasterio nostro fecistis de decimo quod habeatis in parrochia Sancte Marie de Olvan. Etiam de manso de Casis et de dominio quod habeatis in feudo quod Guillermus de Valle /3 pro nobis tenebit in dicta parrochia, retinuistis vobis quolibet anno donec Triginta anni apresenti die in antea computandi fuerint completi Quadringentos Solidos bone monete Barchinone perpetue de terno, quos nos teneremus vobis solvere / annuatim in festo in Festo Omnium Sanctorum et que tenerentibus etiam vobis solvere in primo venturo festo Natalis Domini, Octingentos solidos dicte monete, quorum Quadringentis solidi computarentur in solucione unius anni dictorum Triginta annuarum. / Retinuistis etiam domine Marquesie, priorisse Vallis Laure, quolibet anno in tota vita sua (...) ^a Centum solidum monete predicte quos nos et successores nostris annuatim in festo Sancte Marie Augusti sibi solvere teneremur.

Quare cum hoc /6 publico instrumento renunciando omni exceptionis donacionis oblacionis et stabilimenti predictorum non habitorum et doli peratimus vobis per nos et omnis successores nostros que predictos Quadringentos solidos solvemus vobis et cui volueritis / annuatim in Festo Omnium Sanctorum cunctas predicti Triginta anni apresenti die in antea computandi continue fuerunt completi. Solvemus etiam vobis et cui volueritis in primo venturo festo Natale Domini predictos Octingentos solidos, quorum Octin-/gentorum solidorum, Quadringenti computentur in solucione unius anni dictorum Triginta annuarum. Et si forte ante dictos Triginta annos completis contingeret vos mori, promitimus dictos Quadringentos solidos dare et solvere quolibet /9 anno in Festo Omnium Sanctorum cuicumque vos mandaveritis, verbo vel testamento, dono predicti Triginta anni apresenti die in antea computandi ut dictum fuerint completi. Et per predictis omnibus vobis et vestris atendendis firmiter et complendis obliga-/mus vobis specialiter totum predictum decimum de Olvan et mansum de Casis que nobis dedistis, et quicquid nos habemus in tota parrochia Sancte Marie de Olvan et in baiulia nostra de Olvan. Et damus vobis et vestris licenciam et plenam potestatem que / possitis dictum decimum et mansum de Casis et omnia alia iura que habemus et habere debemus in dicta parrochia et baiulia nostra de Olvan, accipe et ocupare vestra propria auctoritate sine requisitant nostra et cuislibet curie et deis /12 dominis et vestris satisfacere in predictis omnibus solucionibus, nisi vobis et cui volueritis compliremus et faceremus dictas soluciones ut superius continentur. In super damus vobis fideiussores Raimundum de Minovis. Antonium Torrentibus. Romeum / de Casis. Romeum Sagris. Raimundum de Curina. Petrum de Podio Cuguli. Bernardum de Solerio. Raimundum de Cerdanyola. Petrum de Palacio et Arnaldum de Casamigana, homines nostros, qui nobis cum et sine nobis, vobis et vestris tenean-/tur de omnibus supradictis. Nos itaque omnes predicti tam principalis que fidiussores, promitimus vobis domine Thomasie predicte et vestris omnia supradicta et singula atendere et complere, obligantes vobis et vestris quisque nostrum in solidum /15 perpetare hanc nos et

a. Illegible una paraula

omnia bona nostra mobilia et immobilia habita et habenda et etiam omnia bona mobilia et immobilia dicti monasterii. Dantes vobis licenciam et plenam potestatem que possitis (...) ^b quelibet nomini / et omnia bona pignorite pignerare vestra propria auctoritate sine requisicione cuiuslibet curie vel iudicis nisi vobis et cui volueritis faceremus et compliemus omnis predictas soluciones ut superior (...) ^c no aliquis / nostram pro aliquo valeat in hoc excasari vel distriti meus constitutioni et beneficio dividende accionis. Et specialiter nos fidiuissores et pleno dimidiam et nove constitutioni de fidiuissoribus ac omni alii iuri racioni et consuetu- /18 dini contra hoc repugnantibus penitus renunciamus.

Actum est hoc VII kalendas septembris, anno Domini Millessimo Ducentos octagesimo quinto.

Sig+num Raimundi Minobis. Sig+num Antoni de Torrentibus. Sig+num Romei de / Casis. Sig+num Romei Sagas. Sig+num Raimundi de Curina. Sig+num Petri de Podio Cuguli. Sig+num Bernardo Solerio. Sig+num Raimundi de Cerdanyola. Sig+num Petri de Palacio. Sig+num Arnaldi de Casamijana. Nos (...) ^d / facemus concedimus et firmamus.

Nos frater Romeus, Dei gratia abbas Portellem firmamus. Sig.+num fratris Petri, sacriste. Sig+num fra- /21 tis Bernardi Dezaruvira na hoc. Sig+num fratrus Petri de Cantellios nath. Sig+num fratrus A. Monachi. Sig+num fratris Guillelmi de Matamala in firmaqui.

Testes huius rei sunt, Arnaldus de Gravalosa. Petrus de Gravalosa et Petrus Sabata cives Minorise.

/ Sig+num Petri de Minobis, rectoris ecclesie Dolvan, in cuius manu et posse: R.de Minovis. Antonius de Torrentibus. Romeus de Casis /24 Romeus Sagris. R. de Curina. Petrus de Podio

b. Illegible.
c. Illegible.
d. Illegible.

Cugul. Bernardus de Solerio. R. de Cerdanyola. Petrus de Palacio
et Arnaldus de Casamigana, fideiussores, / predicta hanc cartam
omnia contenta in ea firmaverint, XIIII kalendas (...) ^e anno
predicto, presentibus testibus Bernardus de Mingals et G(...) ^f
et R. (...) ^g.

/ Sig+num magistere Petri, notari publici Minorise, qui hoc
scribi feci et clausi die et anno predictis.

e. Illegible.
f. Illegible.
g. Illegible.

87 bis.C

1285, octubre 26. Manresa

Domna Tomasa, vídua de Raimon de Guàrdia, per remei de l'ànima del seu pare Berenguer de Portella i de la seva mare Elisenda de Portella, llur esposa. Fa varies deixes al monestir de Sant Pere de la Portella, tot establint els diferents graus de drets d'herència els seus fills, entre ells a Marquesa de Guàrdia, priora del monestir de Santa Maria de Valldaura. Deixa per a Marquesa 100 sous anuals retinguts del delme del mas de Cases d'Olvan, a pagar el la festa de Santa Maria d'agost. Situat al terme d'Olvan, comarca del Berguedà.

Ed.: SANTAMARIA, Joan, *Memòries del monestir de Sant Pere de la Portella, document XXXV.*

In Xpi. nomine sit omnibus manifestum quod nos Domina Thomasia, uxor nobilis Raimundi de Guardia quondam, per nos et nostros successores natos et nascituros, ob remedium anime Berengarii de Portella, patris nostris quondam, et anime nostre, et domine Eliesendis de Portella matris nostre quondam, uxoris dicti Berengarii, et omnium parentum nostrorum, scienter et consulte habendo Deum pre oculis, sponte offerimus, damus arque stabilimus in perpetuum monasterio Sancti Petri de Portella et fratri Romeo, Dei gratia abbati et conventui eiusdem et successoribuseorum in perpetuum, totum decimum quod accipimus et habere et percipere debemus et consuevimus in tota parochia Sancte Marie de Olvan, simul cum manso de Casis quod ibidem habemus, et cum iure et dominio quod ibidem habemus in feudo quod Guillermus de Valle pro nobis tenet in parochia supradicta: quod dictum decimum et mansum et dominium quod habemus et habere debemus in illo feudo quod Guillermus de Valle accipit in dicto decimo, quod feudum pro nobis tenet, offerimus et concedimus perpetuo dicto monasterio de Portella pro complimento illius presbiteratus quod predictus Berengarius de Portella, pater

noster, constituit in dicto monasterio, in altari Sancti Nicolai, et pro aniversario quod idem Berengarius de Portella constituit sibi die obitus sui in predicto monasterio de Portella ac in testamento seu última voluntate continetur. Item volumus et ordinamus quod die obitus nostri domine Thomasie predicte fiat annuatim perpetuo anniversarium in dicto monasterio de Portella, tali ut modo quod abbas et conventus et alii presbiteri, tot qui sufficiant ad decem inter monachos et alios, cantent et celebrent missas pro anima nostra et celebratis missis absolvant animam meam coram altari beati Petri, simul induti vestimentis sacerdotalibus tenentes candelas in manibus, quo facto, faciant processionem usque ad sepulcrum patris nostri predicti et absolvant animam ipsius cum honore et reverencia Ihesu Xpi., et dictus abbas offerat singulis presbiteris de predictis unicuique duodecim denarios Barchinonis monete proprio de terno et provideat eiusdem honorifice in victualibus, et illum idem anniversarium faciant incrastinum in omnibus et per omnia, ut superius continetur, ita quod qualibet die cantent et celebrent decem missas, ita quod complementum viginti missis illos duos dies quolibet anno. Item volumus et ordinamus in die obitus nostri Domine Thomasie predicti annuatim perpetuo abbas dicti monasterii recipiat quinquaginta pauperes in dicto monasterio et donet eis uncumque libram panis frumenti et iusticiam vini, sicut uni monaco, et duo pulmenta si dies non fuerit carnalis, et si dies carnalis fuerit, quod det eis de duabus carnibus et donet predictis quinquaginta pauperibus centum ainas de canami, quas dividat inter eos iuxta discreccionem suam, ita quod omnes habeant camisas de dicto panno; que omnia dicimus et ordinamus quod fiant honorifice ut superius continetur de predictis decimo et manso de Casis et de redditibus et exitibus Vallisformosa, quos dictus Berengarius de Portella, pater noster, assignavit ad presbiteratum predictum et anniversarium in die obitus faciendum. Item volumus et ordinamus quod unus presbiter instituat perpetuo in altari Sancti Nicholai, constructo in dicto monasterio de Portella, qui ibi celebret qualibet die pro anima dicti patris mei et mea, et dictus presbiter sit monachus et ordinetur sicut dictus pater meus ordinavit et ordinari mandavit in suo testamento, hoc tamen

addito, quod volumus quod dictus monachus presbiter, qui in dicto altari instituetur et ad predicta assignabitur, presentetur et assignetur nobis dum vixerimus et coram nobis affirmat onus predictum et promittat celebrare in dicto altare, ut supra dicimus, et post obitum vero nostrum presentetur et assignetur sub dicta forma Poncio de Guardia filio nostro et successoribus suis dominis castri de Guardia. Item volumus, dicimus et ordinamus quod si dictus abbas et conventus dicti monasterii in predictis inventi fuerint negligentes quo minus fiant predicta, dictus Poncius de Guardia in vita sua possit compellere monasterium predictum et abbatem et conventum eiusdem ad complendum predicta, ita scilicet quod moneat abbatem et conventum dicti monasterii ad complendum predicta, et si monitione facta abbatem et conventui dicti monasterii de predictis complendis ipso duos menses immediate post dictam monitionem sequentes non compleverint, id quod defecerit de predictis quod predictus Poncius de Guardia possit accipere et occupare decimum et mansum de Casis sua propriis auctoritate et quod predicta fieri faciat et complere in monasterio de Portella predicto imputatis in predictis redditibus et exitibus Vallisformose. Post obitum vero ipsius Poncii de Guardia, si dicti abbas et conventus inventi fuerint negligentes in predictis, volumus quod Berengarius de Guardia, canonicus Barchonensis, si supervixerit dicto Poncio, possit compellere ipsos ad complemendum predicta sicut ipse Poncius posset in vita sua sub forma superius comprehensa in persona ipsius Poncii. Post obitum vero dicti Berengarii de Guardia, Raymundus de Guardia, frater Milice Templi, filius noster, si supervixerit dicto Berengario et Poncio de Guardia, possit compellere dictos abbatem et conventum ad predicta complenda sub forma in persona predicti Poncii comprehensa. Post obitum vero dictorum Poncii, Berengarii et fratris Raymundi de Guardia, domina Marquesia de Guardia, priorissa monasterii Vallis Laure, possit compellere predictos abbatem et conventum ad complendum predicta sub forma superius comprehensa. Post obitum vero predictorum dominus episcopus Urgellensis compellat monasterium predictum, abbatem et conventum, ad complendum predicta, accipiendo et occupando decimum et mansum de Casis predictum sub forma predicta, et si

abbas et conventus predicti et dominus episcopus Urgellensis in predictis negligentes inventi fuerint, dominus castri de Guardia compellat dictum monasterium, abbatem et conventum eiusdem ad complendum et faciendum predicta, accipiendo et occupando decimum et mansum de Casis predictum sub forma superius comprehensa in persona Poncii de Guardia. Retinemus tamen nobis dicte domine Thomasie in predicta oblacione, donacione, concessione et stabilimento, quod dictum monasterium de Portella et abbas et conventus eiusdem donent nobis annuatim in festo Omnium Sanctorum, hinc ad triginta annos continua numerandos, quadringentos solidos bone monete Barchinone proprio de terno, quos quadringentos solidos reciperemus nos quolibet anno in dicto festo dum vixerimus; si autem nos mori contingerit ante dictos triginta annos completos, quod dictus abbas et conventus donet dictos quadringentos solidos qualibet aano in dicto festo cuicumque nos mandaverimus verbo vel scripto donec dicti triginta anni fuerint completi; transactis vero dicti triginta annis non teneantur dictos quadringentos solidos alicui dare. Donent etiam nobis et solvant in primo venturo festo Natalis Domini octingentos solidos monete predicte, quorum quadringenti solidi computentur in solucione unius dictorum triginta annorum. Retinemus etiam quod donent domine Marquesie priorisse Vallis Laure predicte annuatim continue in festo Sancte Marie augusti in tota vita sua tantum centum solidos dicte monete; post mortem vero suam ipsos centum solidos dare nullomodo teneantur. Et ut predicta oblatio, concessio, donacio et stabilimentum maiorem semper obtineat firmitatem, iuramus per Deum et super Sa<ncta Quatuor Evangelia coram nobis posita et manibus nostris corporaliter tacta, omnia suprdicta firma habere et numquam in aliquo contravenire aliquo iure, causa vel ratione, et de evictione omnium predictorum et singulorum teneri promittimus perpetuo per nos et nostros dicto monasterio de Portella et abbati et conventui eiusdem et eorum successoribus, sub obligatione omnium bonorum nostrorum mobilium et immobilium, habitorum et habendorum. Ad hec nos frater Romeus, Dei gratia abbas monasterii Sancti Petri de Portella predicti et conventus eiusdem, recipientes a vobis Domina Thomasia predicta oblationem, donacionem, concessinem et stabilimentum predictum,

promittimus vobis et vestris et omnibus aliis supradictis et notario infrascripto, eorum nomine stipulanti, per nos et omnes successores nostros omnia supradicta et singula attendere perpetuo et complere qua a nobis attendendo fuerint et complenda sub forma, pactis et condicionibus supradictis, obligantes vobis et successoribus vestris et Poncio de Guardia et Berengario de Guardia et fratri Raymundo de Guardia et domine Marquesie priorisse Vallis Laure et domino episcopo Urgellensi et domino etiam castri de Guardia in perpetuum licet absentibus, et vobis notario infrascripto eorum nomine stipulanti, paciscenti et recipienti, omnia bona nostra et dicti monasterii nostri mobilia et immobilia, habita et habenda, dantes predictis omnibus et cuilibet eorum licenciam et potestatem compellendi nos et successores nostros ad predicta sub forma superius comprehensa.

Actum est hoc VII kalendis novembris, anno Domini Millessimo CC L XXX V.

Sig+num domine Thomasie, uxoris nobilis Raymundi de Guardia quondam, que hec facimus, firmamus et concedimus atque iuramus.

Nos frater Romeus, Dei gratia abbas portellensis, firmamus.

Sig+num fratris Guillelmi de Matamala, infirmarii. Sig+num fratris Bernardi, monachi. Sig+num fratris Joannis, sacriste. Sig+num fratris Petri, monachi. Sig+num fratris Iuliani, monachi.

Testes huius rei sunt Arnaldus de Grevolosa, Petrus de Grevolosa, Petrus Cabassa, cives Minorise, et Petrus de Minovis, capellanus ecclesie Sancte Marie de Olvan.

Si+num Magnifici Petri notarii publici Minorise, qui hec scribi feci, cum lineis suprapositis in prima linea ubi dicit quondam, et clausi die et anno predictis.

1288, març 31. Berga

Arnau de Grevalosa, ciutadà de Manresa, ven i concedeix a Blanca abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, i convent, la potestat del castell de Puigdemàger, situat en el bisbat de Vic, i tot el feu que té Ramon de Medàlia per Agnès i el seu fill Pons de Vilallonga. Acepten 150 sous de Barcelona. Situat al terme de Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.162 n. 9. Perg. 230/390. Mal Conservat, molt fluix i borrós, e quasi il·legible la part dreta del pergami. El vers del pergami diu: "La compra que feu la abadessa de Vallaura de Puig de Mager y la àpoca".

Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Gravalosa, civis Minorise, excerta sciencia iure mi cesso, ab Agnete de Vilalonga (...) ^a / quando cum instrumentis inde confectis, vendo, concedo, diffinio et solvo vobis domine Blanche, Dei gratia abbatisse monasterii Vallis Lauree et conventui (ipsius monasterii et) ^b /3 vestris successoribus imperpetuum, potestatem castris de Podio Maiori quod est in episcopatum Vicensi et totum illud feudum quod Raimundus de Medalia per dictam (...) ^c Poncium de Villalonga tenet et tenere debet cum toto iure, potestate, senioratico, iurisdicione et dominio. Predictis Agneti et Poncio eius filio, et (...) ^d / petitionis quolibet iure racione vel causa in toto dicto castro et mansis, terris, honoribus et possessionibus suis terminis et perticentiis universis et in hominibus (et mulieribus) (...) ^e /6 habitantis, presentibus et futuris ubique sint. Predictam itaque potestatem

a. Borràt, falten unes 25 lletres.

b. Borrós, interpreto.

c. Borrós, falten unes 20 lletres.

d. Borrós, falten unes 15 lletres.

e. Borrós, interpretem i falten unes 5 lletres.

dicti castri, feudum et dominium et alia et omnia supradicta et
singula pro ut melius et (...) ^f / filius eius in ibi habent et
habere debent et consueverunt excerta sciencia, iure et
auctoritate ipsius cessionis michi ab eis in hiis facta, vendo,
concedo, solvo et (definio vobis et dicti) ^g mona-/sterii et
conventui vestro et dicto vestro monasterio imperpetuum. Cedens
vobis et successoribus vestris in hiis omnibus, omnia loca mea
et dictorum Agneti et Ponci iura voces (...) ^h /9 (...) ⁱ
conventum vestrum ac successores vestros, dominas et
procuratores, in rem nostram propriam, mandamus dicto Raimundo
de Medalia et universis hominibus et mulieribus dicti castri et
aliis (...) ^j / (...) ^k aliquo teneantur dictis Agneti et Poncio,
que vobis et vestris et cui volueritis de cetero obediant et
respondeant de omnibus et singulis, de quibus ipsi Agneti et
Poncio (...) ^l / (...) ^m et debebant quam ipsos inde auctoritate
predicta duxi absolvendos. Et ut melius dici et intelligi potest
ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum intellitium (...) ⁿ
/12 in omnia et singula de meo meorumque et dicti Agnetis et
Poncii iure dominio et posse et in vestrum vestrorumque ius
dominium et posse mito et transfero irrevocabiliter, ad dandum
(vend)endum ^o / (...) ^p nandum, alienandum, habendum, tenendum
omnique tempore, in pace possidendum et ad omnes vestras
vestrorumque voluntates libere faciendas, absque aliquo
retencione et excepcione (pro hoc) ^q / autem vendicione,
concessione, solutione et diffinicione, accepi a vobis .Centum
Quinquaginta. solidos monete Barchinonem de terno. Super quibus
quia a vobis bene paccatus sum. Renuncio excepcioni precii et
/15 peccunie non recepte et legi illi que subvenit deceptis
ultra dimidiam iusti precii, et omni iuri divino et humano,
scripto et non scripto, publico et privato, canonico et civili

f. Borrós, falten unes 15 lletres.

g. Borrós, interpreto.

h. Borrós unes 10 lletres.

i. Borrat 3 lletres.

j. Borrat unes 8 lletres.

k. Borrat 5 lletres.

l. Borrat unes 9 lletres.

m. Borrat unes 9 lletres.

n. Borrat unes 4 lletres.

o. Borrós, interpretem.

p. Borrós.

q. Interpretem.

seu consue-/tudinario. Et sicquid amplius hec predicta valevit aut valere poterint, totum id quantumcumque sit vobis et vestris perpetuo, inde certificatus dono et remito. In super promito salvare vobis et vestris, / totam presentem vendicionem et esse inde vobis et vestris legalis guirens, auctor et deffensor, et que tenebor vobis et vestris semper de firma et legali eviccione et guirentia contra omnes /18 personas, et omni contradicenti me opponam ante causam in causa et post causam, et in iure et extra ius. Et pro predictis complendis et attendendis, obligeo vobis et vestris successoribus / auctoritate dicte cessionis, omnia bona mobilia et immobilia, habita et habenda, dictorum Agnetis et Poncii et etiam mea ubique sint. Renunciens quantum ad hoc omni iuri rationi et consuetudini contra hec / repunquantibus.

Actum est hoc pridie kalendas aprilis, anno Domini M° CC° Octogeno Octano.

Sig+num Arnaldi de Gravalosa, predicti, qui predicta laudo, concedo et firmo.

/21 Testes huius rei sunt, Raimundus de Qualpari. Berengarius Muntanerii. Petrus Barrat et Petrus Iuliani.

/ Bernardus de Pratibus, notarius publicus Berge, hec scripsit et clausit hoc suo Sig+no^r.

r. Signe autografat i decorat.

1288, abril 4. Prats del Rei

Trasllat fet 19 d'abril de 1341. Guillem de Quadra de Solanelles i muller, venen a Romeu, batlle de Solanelles, una sort de terra que tenen en el terme de Puigdemàger, sota el domini de l'abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, per 18 sous de Barcelona. Ho transfereixen tot, menys els drets de l'abadessa, i un cens anual de 2 diners rebedors per la festa de sant Miquel. Situat al terme de Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.162 n. 10. Perg. 305/240.

Hoc est translatum sumptum fideliter, tercio decimo kalendas madii, anno Domini Millesimo CCC^o Quadragesimo Primo, a quodam instrumento cuius tenor noscitur esse talis. Notum / sit cunctis quod ego Guillermus de Quadra de Solanellis et uxor mea Columba, nos simul, per nos et successores nostros, cum testimonio huius instrumenti publice confecti. Vendimus vobis /3 Romeo, baiulo eiusdem loci et uxori vestre Geralde, et vestris successoribus imperpetuum, quandam sortem terre quam nos habemus in termino de Podio Mager, sub dominio domine abbatisse / de Vallaura; sicut affrontatur ex omnibus partibus cum vobis emptoribus. Sicut ab omnibus partibus affrontatur et determinatur, cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus suis pertinentiis. / Vendimus et concedimus vobis predictis et vestris imperpetuum dictam sortem terre pro precio .Decem et Octo. solidorum monete terni Barchinone. Quos a vobis habuimus et recepimus numerando. Ideoque /6 renunciamus excepcioni non recepte, peccunie et doli, et illi legi que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii non recepti. Extrahendo dictam terram de nostro nostrorumque / ius dominium et posse, et eandem

in vestrum vestrorumque ius dominium et posse transferimus irrevocabiler, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas. Salvo iure dicte / domine abbatisse. Et salvo etiam nobis et nostras in perpetuum .Duos. denarios monete terne predicte scensuales annuatim in festo Sancti Michaelis mensis septembre. Et /9 inde alium dominum ne patronum non eligatis nisi nos et nostros. Et si vendere, inpignorare vel alienare volueritis, nobis vel nostris iure, faciatis anno spacium triginta diorum / cum suis noctibus, et si retinere voluerimus, licitum habeamus dandi tantum quantum aliquis alius emptor daret sine autem vestram inde faciatis voluntatem, exceptis mililibus et setis. Et de eviccione et guirentia, obligamus vobis et vestris, nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda. Renunciantes omni iuri canonico et civili, /12 comuni et privato, Consuetudini et nove Constitutioni; et ego dicta Columba, gratis renuncio beneficio senatus, consulti velleiani et iuri ypothecarum meorum et sponsali-/cio meo et omni alii iuri scripto vel non scripto penitus. Renunciamus in super ego dicta Columba, gratis iuro omnia predicta fideliter atendere et complere bona fide, sic Deus / me adiuvet, et hac Sancta IIII° Dei Evangelia, coram me posita et mea manu tacta.

Actum est hoc II nonas aprilis, anno Domini Millessimo CC° LXXX° octano.

Sig+num Guillermi de /15 Quadra. Sig+num Columbe, eius uxoris, iurati predictorum, qui hoc firmamus et laudamus.

Ego Guillermus de Moraria, baiulus domine abbatisse de Valdaura, qui hoc firmo / et laudo, salvo iure et dominio monasterii de Valdaura, in omnibus et meum Sig+num^a aposui.

Ego Romeus Durandi, presbiter notarius publicus de Pratis, pro Garangoldo / de Medalia, rectore ecclesia eiusdem loci, hoc scripsi et meum Sig+num^b aposui, die et anno prefixis.

a. Signa autografat i dibuixat.
b. Signe autografat i dibuixat.

/18 Sig+num Berengarii Mercer, subvicarii de Pratis et Segarria pro domino rege, qui huic translato in nostri presentia per infrascriptum notarium, cum suo originali fideliter comprobato, nostram prestamus auctoritatem periter et decretum, ut fides eidem translato ab omnibus habeatur appositum hic, pro notarium infrascriptum, die et anno predictis.

/Sig+num^c mei Jacobi de Ulugia, regentis scribaniam ville Pratis, pro ffratrem Ffrancischo Vives, coadjutore perpetuo rectore ecclessie dicte ville, ac notario /21 publico eiusdem, qui hoc translatum sumptum a suo originali fideliter actorizatumque per dictum subvicarium, scribi feci die et anno in prima linea, / contentis presentibus testibus Petro Viver et Raimundo Scutifier de Pratis, et clausi.

c. Signa autografat i dibuixat.

1288, agost 23. Prats del rei.

Raimon de Medàlia i Sibil.la la seva muller, senyors del castell de Grevalosa, venen a Blanca abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, la castellania i "statica" que tenen en el castell de Puigdemàger: el mas d'Agramunt i el mas de Soler Dalmau. També venen tot el que tenen en l' anomenat Casal de Meyà, i totes les dominicatures que tenen en tot el terme del castell de Solanelles, i en general, tot el que tenen en els termes i castells de Puigdemàger i el de Solanelles, tan per alou com per feu. El preu és de 1.500 sous, que reben. Situat al terme de Prats de Rei, la comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 11. Perg. 400/510. Té taques d'humitat en ambdues bandes. Borrós.

Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Medalia, et uxor mea domina Sibilia, domini castri de Grevalosa, non cohacti ab aliquo ne circumventi, sic bono animo et spontanea voluntate et excerta sciencia, per nos et omnes successores / nostros, vendimus vobis domine Blanche, Dei gratia abbatisse de Vallaura presenti et recipienti hanc venditionem, et vestris sucessoribus et toto conventui eiusdem monasterii de Vallaura, et cui sive quibus vo(lueritis)(...) ^a /3 castelanium et staticam, que habemus et habere debemus, in castro de Podio Mager et mansum Acrimonte in eidem castro, et mansum Solerii Dalmacii in termino eiusdem castri, et Roviram Modelianam et omnia alia que hab(emus)(...) ^b / vocatum Casal de Meyà, et apud Cruyosses in predicto termino et omnes dominicaturas quas habemus vel habere debemus in toto termino castri de Solanelis, et generaliter omnia alia que habeamus vel habere debemus, in castro et in /

a. Borrós per taca, interpretem.

b. Borrós per taca, falten 4 lletres.

termino de Podio Mager et de Solanelis, tam per alodium quam per feudum. Predictas itaque castelianam et staticam et dictos mansos et dominicaturas et omnia alia que habemus vel habere debemus in dicto castro de Podio Mager et in termino /6 eiusdem et castri de Solanelis, tam per alodium quem per feudum, vendimus vobis dicte domine abbatisse et conventum monasterii predicti de Vallaura et vestris succesoribus in perpetuum, cum hominibus et feminis ibi de (...) ^c / notibus et ubicumque etiam sint vel degeant, presentis et futuris, cum honoribus et possessionibus vineis, scilicet, et terris cultis et heremis in montibus et planis, per omnia loca et cum arboribus fructuribus vel infructuritis (...) ^d / granerium et cum pratis, pascuis, nemoribus, silvis, venationibus, devesis et granicis, aquis, aqueductibus, montibus et montanis et omnibus pertinentiis, terminis et iuribus dicte castelanie et statie et (honorum) ^e /9 mansorum et aliorum honorum et possessionum et dictorum dominicaturam, quod per feudum et franchum alodium, habemus et possidemus in Vicensi diocesi. Et omnis redditus census agraria, exitus, laudimia (...) ^f ria, / proventus, redemptiones hominum et mulierum, intestis, exorquiis, cuguciis, servitia, ademprivia et iuridiccione et qualibet alia iura realia et personalia, quod de iure usu in consuetudine, habemus et / habere debemus accipere, in dicto castro et in terminis predictis, et in mansis et in pertientiis et iuribus ipsorum, et in hominibus et feminis eorundem. Hanc autem venditionem facimus vobis, dicte domine abbatisse /12 et dicto monasterio et cui sive quibus velitis, in perpetuum per feudum et per franchum alodium, de predictis omnibus et singulis iure libere et ab solven et sine omni condicione et retencione, et sicut melius dici potest vel intelligi toto nostro bono intelectum et dicti monasterii. Extrahentes predicta omnia et singula que vobis vendimus, de iure dominio et posse nostri et nostrorum et eadem omnia et singula supradicta, in nostrorumque ius do-/minium et posse mitimus, transferimus irrevocabiliter, ad habendum et tenendum, omnique tempore in pace possidendum et ad omnem nostram

c. Illegible una paraula.

d. Borrós per taca, falten unes 5 lletres.

e. Borrós per taca. Interpretem.

f. Borrós, illegible 9 lletres.

nostrorumque voluntatem, et dicti monasterii in de libere /15
faciendam, per feudum et per alodium sine contradiccione et
impedimento nostro et nostrorum et ullius presentem. Et ex causa
venditionis, cedimus vobis et vestris et dicto monasterio, omnia
loca iura, voces, exceptiones, defensores / acciones reales et
personales seu mixtas, utiles et directas, ordinarias et
extraordinarias, et alias quascumque nobis competentibus et
competituris, aliquod modo in predictis omnibus et singulis que
vobis vendimus, et contra / quascumque personas et res ratione
eorum. Quibus locis iuribus, vocibus, exceptionibus,
defensionibus et accionibus nostris predictis, possitis vos et
dictum monasterium uti et ex parte agendo et defendendo, in
iudico et extra /18 iudicium, contra quaslibet personas, quem ad
modum nos possemus ante huius modi venditionem et cessionem.
Constituendo vos et dictum monasterium, dominam et procuratricem
in rem nostram propriam, ad / faciendum inde nostre libitum
voluntatis. Et promittimus vobis, quod per nos vel per
procuratorem nostrum, trademus vobis vel procuratori vestro
possessionem predictae castlanie et statice, et dictorum mansorum
et dominicaturarum / et iurum eorundem, quandocumque vobis
placebit. Et de presenti constituimus, nos pro vobis et nomine
vestro et dicti monasterii, tenere et possidere predictam
castelanium et staticam et mansos et dominicaturas et predictos
alios /21 honores et possessiones, cum terminis et pertinenciis
in iuribus eorundem. Predicta dicimus et mandamus cum testimonio
huius publici instrumenti Vicensi, etiam epistole gerentis
Acrimonte dicti castris, et suis quod nos dictum / monasterium
habeant de cetero pro domino suo, et quod vobis faciat homagium
et fidelitatem, et respondeat et satisfaciat de omnibus iuribus
nostris in omnibus per omnia.

Et vos, etiam possitis ipsum ad hoc compelere sicut ut / decimis
dicti mansi pro hac autem venditione, habuimus et recepimus a
vobis .Mille et Quingentos. solidos, monete terni Barchinone, de
quo precio constituetur, nos a vobis bene fare pacatos et
contentos ad /24 nostram voluntatem, et ideo renunciamus
exceptioni non numerante, pecunie et non recepte et doli, et
illi legi que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii et
omni alii iuri canonico et civili, / comuni et privato et

consuetudini, et omni alii iuri tam promulgator, quod promulgando, dando et remitendo vobis et dicto monasterio, si quod hoc que gratis et ex certa sciencia irrevocabiler donacione in (terminis)(...)^g / vobis in dicto monasterio vendimus, plus valent vel possunt valere precie supradicto in super, convenimus et promittimus vobis et dicto monasterio per nos et omnes heredes et successores nostros, quod solvabimus /27 vobis et dicto monasterio perpetuo tam hanc venditionem et erimus inde vobis et dicto monasterio, leguales guirentes actores et defensores contra omnes personas, et vobis et dicti monasterii semper de / firma et legali eviccione, teneri promittimus. Et si forsam aliqua vel alique persone moverent, vobis vel dicto monasterio, aliquas petitiones sive demandas in predictis que vobis et dicto monasterio vendimus, / vel tali que parte eorum, promittimus quod respondeamus pro vobis et dicto monasterio, cuilibet querelanti set querelantibus. Et in principio cause sive causam ipsas in vobis suscipiemus et agemus cum nostris propriis /30 supratibus a principio usque ad finem, vel vos vel dictum monasterium, finelitis positis ipsam causam sive cause, agere et ducere, per nos ipsos et hoc sit in eleccione nostra et dicti monasterii, nos enim remittimus / vobis et successotibus vestris et dicto monasterio expacto necessitatem denunciaticis. Et si vos vel dictum monasterium eligeritis tractare et ducere predictam causam sive cause in propria persona, promittimus vobis et dicto / monasterio restituire et solvere expensas archa licem factas, et quicquid et quantum a vobis vel vestris successoribus evictum fuerit, cum omni dapnno et interesse que, inde vos vel dictum monasterium facietis vobis /33 sustinebitis aliquo suo sine obtineatis in casu sive subcumbetis. Et credatur vobis et successoribus vestris, super predictis missionibus dapnnis et interesse plano et simplici verbo nostro absque placito, / testibus ac sacramento et absque aliquo alio genere probacionum. Et hoc omnia supradicta et singula ut superius continentur, promittimus vobis et successoribus dicti monasterii per nos et omnes heredes et successores / nostros. Obligando vobis et dicto monasterio, pro predictis omnibus et singulis, omnia bona nostra mobilia et in mobilia habita que habenda. Ad hec autem, ego

g. Doblec del pergami, illegible unes 15 lletres.

domina Sibilie, uxor dicti Raymundi de Medalia, /36 cerciorata de iure meo a notario infrascripto, renuncio quantum ad hoc sponsalicio meo et iuri ypothecarium mearum et senatus consulto velleyano et donationi propter nubcias et omni alii iuri / rationi et consuetudini, quibus possem contra predicta vel aliqua de predictis aliquo tempore venire aliquo iure vel casu. Et ad maiorem firmitatem, iuramus vobis et dicto monasterio, / per Deum et eius Sancta quatuor Evangelica, manibus meis corporaliter tacta, predicta omnia et singula, atendere et complere et inviolabiliter observare, et numquam in aliquo contravenire, aliquo /39 iure causa vel racione.

/ Actum est hoc decimo kalendas septembre, anno Domini Millessimo CC° LXXX° VIII°.

Sig+num Raymundi de Medalia. Sig+num domine Sibilie, eius uxoris, predictorum iuratorum, / qui hoc totum firmamus, laudamus, ratificamus et aprobamus

/42 Testes huius rei sunt vocati et rogati, Petrus Cereyani. Raymundus Cereliony. Guillermus Moraria de Pratis. Guillermus de Albespino, presbiter. Arnaldus de Clusa, clericus de Grevalosa. / Guillermus Ferari (...) ^h sera de Menresana.

/ Sig+numⁱ Garangoldi de Medalia, notarii publici de Pratis, qui hoc scribi fecit et clausit die et anno preffixis.

h. Borrós, falten 5 lletres.

i. Signe autografat i decorat.

1288, agost 23. Castell de Puigdemàger.

Raimon de Medàlia, senyor de Grevalosa, dóna possessió a Guillem de Morera, batlle dels castells de Puigdemàger i de Solanelles, en nom de Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, de la estàtica i castellania dels dits castells i masos de Agramunt i de Soler Dalmau. Situats al terme de Prats de Rei, la comarca de l'Anoia.

A. AHN, Secció Clero, Valldaura, c. 162, n. 12.
Perg. 220 /225. La primera lletra dibuixada.

Notum sit cunctis quod in presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum / et rogatorum. Raimundus de Medalia, dominis castri de Grevalossa constituit se in castro de Podio /3 Mager et in dominicatura quam tenet Bertolinus, apud pratum de Solanelis, et misit Guillermm Moraria, baiu-/lum castri de Solanelis et de Podio Mager pro domina Blanca, Dei gratia abbatissa de Vallaura, et nomine / eiusdem domine abbatisse in vacuam possessionem statice et castlanie dicti castri et mansi /6 de Acrimonte in eodem castro, et omnium possessionem et pertinentiarum et in racioni eorumdem et mansi / Solerii Dalmacii, cum omnibus suis pertinentiis et de omnibus aliis honoribus et possessionibus, que habet / vel habere debet, tam per alodium quam per feudum, in castro et in termino de Podio Mager et de Solanelis, /9 mitendo dictum Guillermm Morariam in dicta statica et castlania et mansis predictis, nomine dicte / domine abbatisse, hostendendo sibi honores ipsorum et tradendo sibi glebas in signum vere / possessionis. Et mandavit dicto Acrimonte quod de cetero, dicte domine abbatisse et dicto monaste-/12 rio de Vallaura, responderet in omnibus, tanquam suo domino naturali, de iuribus sui mansi in / cuius rei testimonium, dictus Raimundus de Medalia mandavit per me notarium feci / publicum instrumentum ut

in rei memoria melius veritas haberetur.

Actum est hoc X^o kalendas /15 setembre, anno Domini Millessimo CC^o LXXX^o VIII^a.

/ Testes huius rei sunt: Petrus Cercyo. Raimundus Cereyani. Guillermus de Albspino presbiter.

/Sig+num^b Garandoldi de Medalia, notarii publici de Pratis, qui hoc scribi fecit, die et anno /18 prefixis.

a. L'última "X" de la xifra, està tacada.
b. Signe autografat i decorat.

1288, agost 23. Prats del Rei
Raimon de Medàlia, senyor del castell de Grevolosa, i muller Sibil.la, confessen i reconeixen que han rebut de Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, els 1500 sous, per la part de la venda que van fer de la estàtica del castell de Puigdemàger i del mas d'Agramunt i altres, tan en alou com en feu, en el terme dels castells de Puigdemàger i de Solanelles. Situats al terme de Els Prats de Rei, a la comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 13. Perg.
 215/190. El vers del pergami diu: R. Medalia i esposa han rebut 1500 sous per la venda estàtica de P.Mager i Solanelles.

Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Medalia, dominis castris de Grevolossa et uxor mea domina Sibilia, nos / simul, per nos et omnes successores nostros, confitemur et recognoscimus bene esse pacatos et contentos /3 a vobis domina Blanca, Dei gratia abbatissa de Vallaura et a successoribus dicti monasterii in perpetuum nostre vo-/luntati de .Mille et Quingentos. solidos monete terni Barchinone, quos vos nobis debebatis ratione venditionis / quam vobis fecimus de statica castris de Podio Mager et mansi de Acrimonte et de omnibus aliis que habebamus in termino dicti /6 castris de Podio de Mager et de Solanellis, tam per alodium quam per feudum. Et quia ad preces nostras, de predictis .Mille et / Quingentos. solidos, instituistis vos debtricem Raymundo Cereyeni de Pratis, ita quod quicquid cum ipso fe-/ceritis ratum et firmum, concedimus habere perpetuum ex parte nostra et nostrorum, facimus vobis dicta domine abbatisse /9 et monasterio ante dicto, finem perpetuum et legalem pactum de ulterius non petendo et de non agendo, in iudicium vel extra iudi-/cium, in curia et extra curiam, sicut melius dici vel cogitari potest, toto nostro bono in-/tellectui

et predicti monasterii. Renunciantes omni iuri racioni et consuetudini scriptis vel non scriptis, /12 vobis in his aliquid iuvanti. In super gratis et si non mi iuramus, omnia predicta fideliter a atendere et complere, / bona fide, sic Deus nos adiuvet et hac Sancta IIII^o Dei Evangelia, coram nobis posita et nostris manibus tacta.

/ Actum est hoc X^o kalendas setembre, anno Domini Millessimo CC^o LXXX^o VIII^o.

Sig+num Raymundi de Medalia. Sig+num /15 domine Sibilie eius uxoris, predictorum iuratorum, qui hoc firmamus et laudamus.

/ Testes huius rei sunt: Petrus Tercio. Raimundus Tercyoni. Arnaldus de Clusa, clericus de Grevalossa.

/ Sig+num^a Garangoldi de Medalia, notarii publici de Pratis, qui hoc scribi feci, /18 die et anno prefixe.

a. Signa autografat i dibuixat.

1288, agost 23. Prats de Rei

Raimon de Medàlia, senyor de Grevalosa i la seva muller Sibil.la, absolen a Agramunt de Puigdemàger i a la seva muller, de tota fidelitat natural i homenatge de domini i jurisdicció. Manant que en el successiu, responguin a Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura i al convent del monestir, i li faci homenatge oral i de mans, que com home propi han de fer al seu senyor. Terme de Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 14. Perg.
150/210. La primera lletra dibuixada.

Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Medalia, dominis castris de Grevalosa et uxor mea domina Sibilialia, / nos simul per nos et omnes successores nostros, cum testimonio huius instrumenti perpetuo valituri, absolvimus /3 vos Acrimontem de Podio Mager et uxorem vestram Sibilialiam, et omnes filios et filias vestras presentes / atque futuros, ab omni fide naturalitate et homagio dominio et iurisdictione, in quibus nobis tene-/bamini aliqua ratione. Mandantes vobis et vestris, quod deinceps respondeatis domine abba-/6 tisse de Valldaura, nomine Blanca, et conventui eiusdem monasterii, cui vos et mansum vestrum / vendidimus tanquam domino naturali, de omnibus de quibus vobis respondere tenebamini usque nec^a. Et / faciatis sibi homagium ore et manibus, sicut homo proprius tenetur facere domino suo. Et ut hec /9 omnia supradicta melius et firmiter observentur, ego predicta domina Sibilialia, gratis et sine mi iuro omnia predicta / fideliter attendere et complere. Renunciatis scienter, beneficio senatus, consulti velleyani et iuri ipothecarum / et sponsalicio meo, sic Deus me adiuvet, et hac Sancta IIII^o Dei Evangelia, coram me posita et mea manu /12

a. Interlineat "nec".

tacta.

Actum est hoc X^o kalendas septembre, anno Domini M^o CC^o
LXXX^o VIII^o.

Sig+num Raymundi de / Medalia. Sig+num domine Sibilie eius
uxoris, iurant predictorum, qui hoc firmamus et laudamus.

/ Testes huius reii sunt: Raimundus P. Tercyo. Petrus
Tercyo. G. Morera de Pratis.

/15 Sig+num^b Garangoldi de Medalia, notarii publici de
Pratis, / qui hoc scribi fecit, cum aposito in VII linea vi
dici, nec, die et anno prefixa.

b. Signe autografat i decorat.

1288, agost 28. Església de Solanelles
 Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura,
 en consell i voluntat de tot el convent, donen i
 estableixen a Bernat Rosses dez Conemines i la seva
 muller Maria, el mas de Soler Dalmau amb totes les
 seves possessions, terres, arbres, honors, vinyes,
 horts, casals i agris cultivat o erms, perque ho
 cultivin. Ha de donar una 1/4 part de les collites i
 la dècima del domini. I de "barquama" un cens anual de
 dos sous i un parell de gallines. Acepten 150 sous per
 aquest establiment. Situat al terme de Els Prats de Rei,
 comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 15. Perg.
 270/225. Document partit per ABC. Mal conservat. Trencat
 a la part d'abaix, amb 4 entrades/forats.

ABC

ABC

ABC

Notum sit cunctis quod nos Blancha, Dei gratia abbatissa
 monasterii Vallis Laure, de consilio et voluntate conventui /
 nostri, damus et stabilimus vobis Bernardo Rosses dezet
 Coneminas, et uxori vestre Marie et vestris in perpetuum
 silicet, totum mansum nostrum de /3 Solario Dalmacii, cum
 omnibus suis possessionibus, terris et arboribus, honoribus,
 vineis, ortis et ortallibus et agris cultis et / heremis. Et cum
 omnibus suis pertinenciis atque pertinendis et domibus. Tali
 vero forma que, vos sitis homo noster solidus et afoncatus, / et
 faciatis staticam perpetuam in manso predicto de Solario
 Dalmacio. Et laboretis bene et cultibiretis honores predicti
 mans-/6 si. Et detis nobis bene et fideliter, quartam partem et
 decimam dominium honorum, de quibus honoribus consuetum est.
 Item stabi-/limus que detis nobis et monasterio predicto de
 barquama annuatim, duos solidos scenssuales monete terni
 curribilis Barchinone, / et unum par gallinarum. Item damus

vobis licenciam que possitis plantare vineas in honoribus quartallis. Et de vineis, detis nobis et /9 dicto monasterio, quartam partem fideliter, et de trullis, detis nobis decimam. Et si predictum manssum vel aliquam partem ipsius, / vendere vel impingnorare vos vel vestri volueretis, infra spacium XXX dierum cum suis noctibus, nobis et dicto monasterio / stare faciatis. Et si predicta retinere voluerimus, licitum habeamus dandi tantum quantum aliquis, quantum aliquis alius non tar-/12 daret sui autem licitum habeatis, vendendi, alienandi, impingnorandi nostris censualibus et non aliis. Confitemur a vobis habuisse et / recepisse ratione istius stabilimenti .Centum Quinquamginta. solidos monete Barchinonem de terno, quos omnes numerando a vobis / habuimus et recipimus et sumus bene vestri paccati ad nostram voluntatem. Renunciantes omni excepcioni non recepte /15 et habite dicte pecunie et doli, et omni excepcioni in facta, et legi que corrigit deceptione dimidia iusti precii, et omni / alii iuri scripto et non scripto, publico vel privato. Et de eviccione et guarentia, promitimus vobis et vestris, dictam donacionem facere, tenere / et habere in pace expletare contra cunctas personas, et esse legales guarentes et deffensores, ante causam et in causa et /18 post causam, sub obligatione speciali omnium bonorum predicti monasterii, mobilium et in mobilium habendum vel haben-/darum, ubique sint, quandocunque vel quecieunscunque, per vos vel per vestros fuerimus requisiti, pro ut melius dici potest in-/telligi utilitati et comodo vestro, et in totum.

Actum est hoc quinto kalendas septembre, anno Domini M° CC° LXXX° VIII°.

Sig+num /21 domine Blanche, Dei gratia abbatisse predicte. Sig+num domine Xanxe de Vilamur, monache. Sig+num domine Sibilie de(...) ^a / ria, monache predicti monasterii. Sig+num Bernardus Rosses predicti, nos omnes in simul, qui hoc laudamus et firmam(us) ^b.

a. Trencat, falten tres lletres.
b. Trencat, interpretem.

/Testes que firmare rogamus. Sig+num Berengarii Re(...)^c,
Sig+num Petri clerici. Sig+num Guillermi Moraria, Sig(+num)^d /24
Guillermi Za cuadra, (Sig+num)^e Bartholini de Solane(li)^f.
Testium.

Guillermus Albespi^g, de mandato Raimundi Ganalgoldi de
(Meda)^h-/lia, notarii publ(ici)(...)ⁱ, vices Raimundi Vicens
ep(iscopi)^j ecclesia de Solanellis, hoc scripssi, cum literis
suprapositis (in)^k / IIII^a linea ubi dici, (...)^l et hoc Sig+num^m.

/27 Sig+n(um mei Gar)ⁿangoldi^o de Meda(lia notarii)^p
publici (...)^q hoc scribi fe(ci)^r.

-
- c. Trencat, falten 3 lletres.
 - d. Trencat, interpretem.
 - e. Trencat, interpretem.
 - f. Trencat, interpretem.
 - g. Interlineat "Albespi".
 - h. Trencat, interpretem.
 - i. Trencat, interpretem.
 - j. Trencat, interpretem.
 - k. Trencat, interpretem.
 - l. trencat, falten unes 12 lletres.
 - m. Signe autografat i decorat.
 - n. Trencat, interpretem.
 - o. Trencat, interpretem.
 - p. Trencat, interpretem.
 - q. Trencat.
 - r. Trencat, interpretem.

1288, septembre 15. Prats del Rei
Raimon de Puigdemàger, comorant en el castell de Puigdemàger, per ferma i solemna estipulació, promet a Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, ésser home seu, soliu i afocat en el castell de Puigdemager, fent a ella i al monestir homenatge de digne home. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 16. Perg.
 130/195.

Notum sit cunctis quod ego Raimundo de Podio Mager, comorans in castro de Podio Mager, per me et per omnes successor/res meos^a, per firmam et sollempnem stipulacionem interpositam, promito et convenio, cum hoc publico instrumento /3 perpetuo valituro, vobis domine Blanche, Dei gratie monasterii^b Vallis Laure et successoribus vestris sive conven-/tui eiusdem loci, esse homo vester solidus et afocatus in castro de Podio de Mager, faciens vobis et / vestro monasterii, homagium per de dignium homine et manibus, promitens, vobis et dicto monasterio, esse bonus /6 et fidelis cum omnibus honoribus, possessionibus, terris, ortis, ortallibus, vineis, clapssis, agris cul-/tis et heremis, scenssualibus, quos vel quas modo teneo, habeo et possideo vel quas Deo dante lucra-/ri vel meliorari potereo, in termino castris predicti, et promito vobis face custodire, servare castrum vel /9 castro vestro defendere die ac nocte, in stando et redendo, stando, dormendo, vigilando ubique. / Et homines nuncios vestros, et tenere in peramentum vel imperamenta, vestre baiuli et successorum vestrorum. / Renunciens penitus omnibus iuribus auxiliis et humanis sive

a. meos , intelineat.

b. sobreescrit "monasterio".

privilegis, tam constitutis quam consti- /12 tuendis, tam hic specialiter numeratis pro ut melius dici nominari, cogitari potest ad utili- /tatem et comodum vestrum et vestrorum.

Actum est hoc XVII° kalendas octobris, anno Domini M° CC° LXX° VIII°.

/Sig+num Raimundi de Podio Mager, predicti qui hoc laudo et firmo.

Testes que firmare rogo. Sig+num /15 Petri clerici. Sig+num Berengarii Abbatis de villa Pratorum.

Guillermus de Albespino de mandato / Garangoldi de Medalia, notarii publici de Pratis et gerentis vices Raimundum Vicensi episcopi in ecclesia / de Solanellis, hoc scripssi, cum literis suprapositis in secunda linea ubi dici, meos, et hoc Signum /18 meum^c aposui.

c. Signe autografat i decorat.

1288, setembre 22. Castell de Puigdemàger
Trasllat fet l'any 1308. En presència del notari i testimonis, cridats i pregats per Raimon de Medàlia, senyor del castell de Grevolosa, dóna possessió a Guillem de Morera, batlle dels castells de Solanelles i de Puigdemàger per l'abadessa Blanca del monestir de Santa Maria de Valldaura, de la castellania i estàtica dels dits castells i dels masos d'Agramunt i de Soler Dalmau. Situats al terme de Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 17. Perg. 225/145. Mal conservat, tinta correguda en bona part del document.

Hoc est translatum^a ab originali fideliter sumptum cuius series sicut habetur. Notum sit cunctis quod in presencia mei notarii, et / testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, Raimundus de Medalia, dominis castri de Grevo-/3 losa, constituit se in castro de Podio Mager, et in (...) ^b quam tenet Bertolinus apud pratum de Solanelis et mi-/sit Morariam bailum castri de Solanelis et de Podio Mager pro domina Blanca, Dei gratia abbatissa de Vallaura, et me /eiusdem domine abbatisse, in vacuum possessionem statice et castelanie dicti castro et mansi de Acrimonte in eadem castro, /6 et omnium possessionum et pertinenciarum et iurium (eiusdem) ^c et mansi Solerii Dalmacii, cum omnibus suis pertinentiis et de omnibus / aliis honoribus et possessionibus que habet vel habere debet, tam per alodium quam per feudum, in castro et in termino de Podio Mager / et de Solanelis, Mitendum dictum Guillermum

a. Les tres primeres paraules tinta escorreguda.

b. Borrós, dues paraules.

c. Borrós, interpretem.

Morariam in dicta statica et castlania et mansis predictis, nomine dicte domine ab-/9 batisse, hostendendo sibi honores ipsorum et tradendo sibi glebas in signum vere possessionis. Et mandavit dicto Acrimon-/te que de cetero dicte domine abbatisse et dicto monasterio de Vallaura, responderet in omnibus, tanquam suo domino naturali de pacibus / sui mansi in cuius rei testimonium dictos, Raimundus de Medalia mandavit per me notarium, feri publicum instrumentum /12 ut in rei memoria omnibus veritas haberetur.

Actum est hoc X kalendas octobris, anno Domini M° CC° LXXX° VIII°.

/ Testes huius rei sunt. Petrus Cereyo. Raimundus Cereyoni. Guillermus de Albespino, presbiter.

/Sig+num^d Garangoldi de Medalia, notarii publici de Pratis, qui hoc scribi fecit, die et anno prefixis.

/15 Petrus de Minoves, rector ecclesie Dolvan et notarius publicus eiusdem, qui hoc translatum a suo originali fideliter translatavit / nec addidit nec mitivit. Et per omnia perse(...)° e fuit de verbo ad verbum, presentibus G. Melar, presbitero et Bertomeo capellano de Guardia et Guillermo Uget et suum Sig+num^f apposuit, IIII kalendas marcii, anno Domini M° CCC° VIII°.

d. Signe autografat i decorat.
e. Borrós, falten 4 lletres.
f. Signe autografat i decorat.

1288, novembre 28. Prats del Rei
*Raimon de Medàlia, senyor del castell de Grevalosa, per ell i
 seus succesors, promet per ferma estipulació a Blanca,
 abadessa del monestir de Santa Maria de Valladura i seus
 successors absents, i a Guillem de Morera de Prats,
 procurador i batlle de Solanelles per la dita abadessa,
 que si alguna qüestió o demanda es moguda sobre tota, o
 en part, de la venda del feu del castell de Puigdemàger
 i de Solanelles, respondran per ella i el seus. Situats
 en el terme de Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.*

A. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 18. Perg.
 180/225. La primera lletra dibuixada. En el revers
 diu "Com certa qüestió fos en Ramon Gravalosa a lo
 monestir".

Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Medalia, domini
 castris de Grevalossa, per me et omnes successores meos, per
 firmam stipulationem, / promitto vobis Blanche, Dei gratia
 abbatissa de Vallaura et successoribus vestris licet absenti
 tanquam presenti, et vobis Guillermo Morarie /3 de Pratis,
 procuratore et baiulo de Solanelis pro dicta domina abbatissa
 presenti, quod si forte aliqua questio vel demanda moveretur
 vobis dicte / domine abbatisse vel dicto monasterio de Vallaura,
 ullo tempore in tota illa venditione vel in parte ipsius, quam
 ego et uxor mea, / domina Sibilia, vobis fecimus de feudo castris
 de Podio Mager et de Acrimonte eiusdem castris et de Solerio
 Dalmacii et de omnibus aliis que /6 habebamus in castro et in
 terminis de Podio Mager et de Solanelis, sicut instrumento
 venditionis a nobis inde vobis confecto auctoritate
 infrascripti notarii lacius continetur ratione venditionis ad in
 perpetuum vel ad eternum tempus vel ratione pignoris sive
 alicuius alterius obligacionis, quod ego vel mei respondeamus
 pro vobis et vestris, omnibus querelanti sive querelantibus.

Et in principio cause sive causarum ipsas, in nobis suscipiemus et agemus et ducemus ipsam causam sive causa nostris propriis / supratibus, a principio usque ad finem, toto nostro bono intellectui et nostrorum. Et de omni hoc dono vobis fideivssorem et prin-/cipalem solutorem, Berengarium (Zolz)inya^a de Pratis, qui me cum et sine me, dictam paccionem vobis et vestris compleat et compleri /12 faciat ut superius dictum est, toto nostro bono intellectui et nostrorum. Nos, vero dicti tam principalium quam fideiussor / quisque nostrum in solidum, promitimus vobis dicte domine abbatisse et dicto monasterio et vobis dicto Guillermo Morarie procurato-/re, omnia suprascripta fideliter atendere et complere bona fide, sicut melius et utilius dici potest, toto nostro bono intellectui /15 et nostrum. Obligantes vobis et vestris propter hoc, nos et omnia bona nostra mobilia et in mobilia, habita et habenda / nove constitutioni et beneficio dividendo accionis. Et ego fideiussor empte diviadriani et nove constitutioni / de fideiussoribus et beneficio rei prius conveniendi, et omni alii iuri scripto vel non scripto, penitus renun-/18 ciamus.

Actum est hoc IIII^o kalendas decembre, anno Domini Millesimo CC^o LXXX^o VIII^o.

Sig+num Raymundi de Medalia, / predicti, qui hoc facio et firmo. Sig+num Berengarii Zonlzina, fideiussors predicti, qui hoc firmo et laudo.

/ Testes huius rei sunt. Raymundetus de Medalia. Bernardus de Turi de Pratis.

/21 Sig+num^b Garangoldi de Medalia, notarii publici de Pratis, qui hoc scribi fecit / et clausit, die et anno prefixe.

a. Illegible, interpretem s/. doc. Col. Dipl. 98.
b. Signe autografat i decorat.

1288, novembre 28. Prats del Rei
Trasllat fet l'any 1308. Raimon de Medàlia, senyor del castell de Grevalosa, per ell i els seus successors, en ferma estipulació promet a Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura i seus successors, i a Guillem de Morera, procurador i batlle seu a Solanelles, que si alguna qüestió o demanda mogués, sobre tota aquella venda, o en part, del feu del castell de Puigdemàger i d'Agramunt, de Soler Dalmau i d'altres del mateix castell, respondran per ella. Situat al terme de Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 19. Perg. 235/160. Té una taca al mig del pergamí.

Hoc est translatum ab originali fideliter scriptum cuius series sit habetur. Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Medalia / domini castri de Grevolosa, per me et omnes successores meos, per firmam stipulacionem, promito vobis domine Blanche, Dei gratia abba-/3 tisse de Vallaura et successoribus vestris licet absenti tanquam presenti, et vobis Guillermo Morarie de Pratis, procuratore et baiulo / de Solanelis pro dicta domina abbatisse presenti, quod si forte aliqua questio vel demanda moveretur vobis dicte domine abbatisse vel dicto / monasterio de Vallaura ullo tempore, in tota illa vendicione vel in parte ipsius, quam ego et uxor mea domina Sibilia, vobis fecimus /6 de feudo castri de Podio Mager et de Acrimonte eiusdem castri, et de Solerio Dalmacii et de omnibus aliis que habebamus in castro et in / terminis de Podio Mager et de Solanelis, sicut instrumento vendicionis a nobis inde vobis confecto auctoritate infrascripti notarii, la-/cius continetur racione vendicionis ad in perpetuum vel ad eternum tempus vel racione pignoribus sive alicuius alterius obligacionis, quod ego

vel mei /9 respondeamus, pro vobis et vestris, cuilibet querentanti seu querentibus. Et in principio cause sive causarum ipsas in nobis suscipiemus et agemus et / ducemus ipsam causam sive causa, nostris propriis supratibus a principio usque ad finem, toto vestro bono intellectui et vestrorum. Et de omni hoc / dono vobis fideiussorem et principalem solutorem Berengarium^a Zolzina de Pratis, qui me cum et sine me, dictam paccionem vobis et vestris comple-/12 at et compleri faciat ut superius dictum est, toto vestro bono intellectui et vestrorum. Nos vero dicti, tam principales quam fideiussor, quisque / nostrum in solidum, promittimus vobis dicte domine abbatisse et dicto monasterio et vobis dicto Guillermo Morarie procuratore, omnia supradicta fideliter / attendere et complere bona fide, sicut melius et utilius dici potest toto eostro bono intellectui et vestrorum, obligantes vobis et vestris propter hoc nos /15 et omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda, nove constitutioni et beneficio dividendo (ac)cionis^b, et ego fideiussores empte divia-/driani et nove constitutioni de fideiussoribus et beneficio rei prius conveniendi et omni alii iuri scripto vel non scripto, penitus renunciamus .

Actum est hoc IIII^o kalendas decembre, anno Domini M^o CC^o LXXX^o VIII^o.

Sig+num Raimundi de Medalia predicti, qui hoc fa-/18 cio et firmo. Sig+num Berengarii Zolzina, fideiussoris predicti, qui hoc firmo et laudo.

/ Testes huius rei sunt. Raimundetus de Medalia. Bernardus de Turi de Pratis.

Sig+num^c Garangoldi de Medalia, notarii publici de Pratis, qui hoc scribi fecit et clausit, die et anno prefixe.

/21 Petrus de Minoves, rector ecclesie Dolvan et notarius publicus eiusdem, scripsit hoc translatum a suo originali

a. Ratllat, i sobreescrit Berenguarium.
b. Tacat dos lletres.
c. Signe autografat i decorat.

fideliter scriptum, nec addidit nec-/mitivit, set per omnia secutus fuit de verbo ad verbum, presentibus G. Molar, presbitero et Bartolomeo capellanus de Guardia et Guillermi Uget et suum / Sig+num^d apposuit, die tercio kalendas marcii^e, anno Domini M^o CCC^o VIII^o et rescripsit et rasis in XI linea ubi dici, Berengarium.

d. Signe autografat i decorat.

e. Ratllat el tros del dia i el mes, i sobreescrit.

1288, novembre 28. Prats del Rei
Trasllat fet el febrer de 1308. Raimon de Medàlia, senyor del castell de Grevalosa, promet per ferma estipulació a Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura i els seus successors, i a Guillerm de Morera de Prats, procurador i batlle de Solanelles per ella, que si alguna qüestió o demanda fos moguda sobre tota venda o en part, que ell i la seva muller Sibil.la varen fer del feu del castell de Puigdemàger i d'Agramunt i de Soler Dalmau i d'altres que tenien en el terme de Puigdemàger i de Solanelles, respondran per ells. Fent dels 1.500 sous, fi perpetu i pacte de no atacar. Situat al terme de Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.162, n. 20. Perg.
 135/235. Té alguna taca i la tinta una mica correguda.

Hoc est translatum ab originali fideliter scriptum^a cuius series sic habetur. Notum sit omnibus quod ego Raimundus de Medalia domini castri de Grevalosa, per me et omnes successores meos, per firmam stipulacionem, promi(to)^b vobis domine Blanche, /3 Dei gratia abbatisse de Vallaura et successoribus vestris, licet absentis tanquam presentis, et vobis Guillermo Morarie, de Pratis, / procuratore et baiulo de Solanelis (pro)^c dicta domina abbatisse presentis, que si forte aliqua ques(tio)^d vel demanda moveretur, / vobis dicte domine abbatisse vel dicto monasterio de Vallaura (ullo tempore)^e, in (tota)^f illa vendicione vel in parte ipsius, /6 quam ego et uxor mea domina Sibilia, vobis

a. Borros, interpretem.

b. Borrós, interpretem.

c. Borrós, interpretem.

d. Borrós, interpretem.

e. Borrós, interpretem per doc. anterior.

f. Idem.

facimus de feudo castri de Podio Mager et de Acrimonte eiusdem castri, et de / Solerio Dalmacii et de omnibus aliis que habebamus in castro et in terminis de Podio Mager et de Solanelis, sicut instrumento ven-/dicionis, a nobis inde vobis confecto, auctoritate infra scripti notarii, lacius con(ti)netur^g, de quibus predictis .Mille et Quingentis. /9 solidos, per nos et nostros facimus vobis et successoribus vestris, finem perpetuum et pactum de ulterius non petendo et de non agendo, in iudicium / vel extra iudicium^h, in curia et extra curiam, sicut melius dici vel cogitari potest toto vestro bono intellectui et vesstrorum. In ponen-/tes nobis et successoribus nostris de predictis omnibus et singulis, silencium in perpetuum.

Actum cum hoc IIII^o kalendas decembris, anno Domini /12 M^o CC^o LXXX^o VIII^o.

Sig+num Raimundi (Cereyami)ⁱ. Sig+num Raymundi de Medalia, predictorum, qui hoc totum / laudamus firmamus et aprobamus, testes firmareque rogamus.

/ Testes huius rei sunt. Petrus clerici, Berengarius decani. Jachobus de Durban. Bonanatus Viver de Pratis.

/15 Sig+num^j Garandoldi de Medalia, notarii publici de Pratis, qui hoc scribi fecit et clausit.

/Petrus de Minoves, rector ecclesie Dolvan et notarius publicus eiusdem, scripsit hoc translatum a suo originali nec addidit nec /mitivit, set per omnia secutus fuit de verbo ad verbum, presentibus, G. Molar presbiteri et Bartolomei capellani de Guardia et G. Uget /18 et suum Sig+num^k apposuit, die tercio kalendas marcii, anno Domini M^o CCC^o VIII^o, et rasit et

g. Idem.

h. Rascat i sobreescrit desde final linea 8^a fins inici de la linea 10^a.

i. Illegible.

j. Signe autografat i decorat.

k. Signe autografat i decorat.

rescripsit in VIII^a linea¹ vi dici et nonam totam.

1. interlineat "linea".

99 bis.

1288, novembre 28. Prats del Rei
Raimon de Cereiane de Prats i Raimon de Medàlia, senyor del castell de Grevalosa, juntament, reconeixen i confessen que han rebut de Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, i del seu procurador Guillem de Morera, els 1500 sous que devien de la venda del feu del castell de Puigdemàger i d'Agramunt i d'altres dels termes de Puigdemàger i Solanelles, feta per Raimon de Medàlia i la seva muller Sibil.la, a l'abadessa. Situat al terme de Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.167, n. 13. Perg. 256/160. Mal conservat, trencat a la part mig/dreta, abarca set linees. En el verso diu: "Apoca de M5CC sous fet per la abadessa compra den Raimon Cererii lo qual feu compra delme PM.".

Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Cereyani de Pratis et ego Raimundus de Medalia, domini castri de Grevalosa, nos simul, per nos et / nostros, confitemur et recognoscimus habuisse et recepisse a vobis domine Blanche, Dei gratia abbatisse monasterii de Vallaura, liçet absenti /3 tanquam presenti et a vobis Guillermo Morarie, de eodem loco de Pratis, procuratore et baiulo de Solanelis pro dicta domina abbatissa, presenti, .Mille et / Quintentos. solidos monete terni Barchinone, quos dicta domina abbatissa, mi dicto Raimundo Cereyani, debebat cum publico instrumento ratione / illius venditionis quam, ego dictus Raymundus de Medalia et uxor mea domina Sibila, vobis dicte domine abbatisse et dicto monasterio /6 fecimus de feudo nostro castri de Podio Mager, et de Acrimonte eiusdem castri, et de omnibus aliis que habebam (in dicto ter-)/minis^a de Podio Mager et de Solanelis, sicut

a. Trencat, interpretem.

instrumento venditionis a nobis inde vobis confecto (...) ^b /
notarii lacius continetur. De quibus predictis .Mille et
Quingentos. solidos, per nos et nostras faciemus (...) ^c /9 finem
perpetuum et pactum de ulterius non petendo et de non agendo in
iudicium vel ex(tra iudicium) (...) ^d /riam sicut melius dici vel
cogitari potest, toto nostro bono intellectui et nostrorum. In
ponem (...) ^e / de predictis omnibus et singulis silentium in
perpetuum.

Actum est hoc, IIII^o kalendas decembre, anno (Domini M^o CC^o
L) ^fXXX^o /12 VIII^o.

Sig+num Raimundi Cereyani. Sig+num Raimundi de Medalia,
predictorum qui hoc totum / laudamus, firmamus et aprobamus,
testes firmarique rogamus.

/ Testes huius rei sunt Petrus clerici. Berengarius decani.
Iacobus de Durbam. Bananatus, micer de Pratis.

/15 Sig+num^g Gerangoldi de Medalia, notarii publici de
Pratis, qui hoc scribi feci et clausit, / die et anno prefixe.

b. Trencat, falten unes 12 lletres.
c. Trencat, falten unes 20 lletres.
d. Trencat, interpretem en part.
e. Trencat, id.
f. Trencat, interpretem.
g. Signe autografat i decorat.

1289, abril 2. Berga
 Berenguer de Noguera, bescanvia amb el seu germà Guillem,
*"aquella vinya i terra que té prop de Santa Cecília",
 sota el domini del monestir de Santa Maria de Valldaura,
 per la vinya i terra a la serra de Munt, sota el domini
 del senyor d'Avià. Comarca del Berguedà.*

A. AHN. Clero, Valldaura, c.163, n. 1. Perg.
 245/330. Mal conservat, amb una taca per humitat en la
 part central que afecta varies línies. A més la tinta
 és molt fluixa. Document partit per ABC.

B.

C.

ABC

ABC

ABC

Notum sicut omnibus quod ego Berengario de Noguero, (...) ^a
 quondam Raimundi de Nogerio, excerta sciencia et cum hoc publico
 instrumento per me et meos presentes / et futuros (excomuto) ^b
 sive intercambio tibi Guillermi (...) ^c de Berga et fratri meo et
 tuis cui (...) ^d nbri perpetuo, totam illam nostram vineam et
 terram quam habeo et debet /3 apud primum Sancte Celie sub
 dominio monasterii domi (...) ^e huius eam ex causa emptionis me;
 et afrontat de una parte, in camino quo itur ad Sanctam Celiam,
 et ex alia parte in honore mansi Decondeminis (...) ^f, ex alia in
 carraria qua itur ad mansium den Albert. Predictam itaque vineam
 et terram cum introiti-/bus et exitibus suis, arboribus et

a. Taca vertical, borra 8 lletres.

b. Taca, falten 2 lletres.

c. Taca, falten 7 lletres.

d. Tacat 4 lletres.

e. Tacat 6 lletres.

f. Tacat 6 lletres.

recepimus numerando, de quibus sumus bene /6 vestri peccati ad nostram voluntatem. Renunciantes omni excepcioni non recepte et habit dicte peccunie et doli. Et si hec vendicio plus valet predicto precio vel dein-/ceps fuerit valitura, quicquid sit vobis et vestris remittimus excerta sciencia. Renunciantes illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidian iusti precii^d. Promittentes vobis, totam / hanc vendicionem facere, tenere et habere tibi et vestris in pace possidere contra cunctas personas imperpetuum. Salvo iure predicti monasterii, in omnibus et salvo etiam uno dena-/9 rio censuali annuatim, nobis venditoribus et successoribus nostris in festo Sancti Michaelis, mensis septembris. Et pro eviccione quisque nostrum in solidum o-/bligamus vobis et vestris, nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda, utrique fuerint vita et morte; promittentes quem, si aliqua persona vel pluribus vobis et vestris / in dicta vendicione, in iudicium vel extra iudicium, moveretur questio vel demanda, quod nos incontinenti deffendamus vos et duramus causam seu cause nostris propriis supra-/12 tibus a principio usque ad finem, litis evitentes vos incorporalem possessionem, tanquam in rem vestram propriam ad habendum, tenendum, vendendum, alienandum, impig-/norandum et ad faciendum ibi, vestras in omnibus voluntates pro ut melius dici et intelligi cogitari potest ad vestrum bonum intellectum et vestrorum. Et ego predicta Gu-/eralda, cerciorata de iure per notarium infrascriptum, eenuncians velleyano et iuri ipothecarum meorum^e, iuro per Deum predicta omnia et singula fidelitur attendere et complere et non in /15 aliquo contravenire, sic Deus me adiuvet, et hec Sancta Dei quatuor Evangelia, coram me posita et manibus meis corporaliter tacta.

Actum est hoc VIII^o kalendas aprilis, anno / Domini, Millessimo CCC^o tercio.

Sig+num Romei, baiuli predicti. Sig+num Gualde uxor eius predictae, iurantibus, qui hoc firmamus.

d. precii , interlineat.
e. meorum , interlineat.

Testes huius rei sunt, Gui-/llemus Lobet et Petrus de Castellbo et Bernardus Belo.

Guillermus de Albespi, rector et notarius publicus ecclesie de Solanellis, hoc scripsi et hoc Sig+num^f feci.

/18 Sig+num Berengarii Mercerii, subvicarii de Pratis et Segarre pro domino rege, qui huic translato in nostri presencia per infrascriptum notarium, cum suo originali fideliter comprobato, nostram prestamus / auctoritatem periter et decretum, et volumus in iudicio et extra, dicto translato ut suo originali fides plenaria ab omnibus ad liberi.

/ Sig+num^g mei Berengarius Rovira, regentis scribaniam ville de Pratis, pro fratre Francicho Vives, coadiutore perpetuo rectore ecclesie dicte ville ac notario publico eiusdem, /21 qui hoc translato a suo originali fideliter abstractum et cum eodem legitime comprobatum auctoritatumque per dictum subvicarium, scribi feci die et anno prefixis, / presentibus testibus Petro Viver et Raimundo Scutifer, cum supraposito in tercia linea ubi dicitur, dela, et in quinta linea ubi scribitur, et concedimus, et in septima linea ubi vocatur, / precii, et XIII^a linea ubi apponitur, meorum, et clausit.

f. Signe autografat i decorat.
g. Signe autografat i decorat.

1303, maig 10. Església d'Olvan
Raimunda Pujola, per remei de la seva ànima, dóna i ofereix a Déu i a l'església del monestir de Santa Maria de Valldaura, i a la seva abadessa Marquesa de Guàrdia, convent i monestir, 30 lliures de cera bona cada any a perpetuitat, per el servei i il.luminació de l'església, sobre el cens que va comprar en nom del monestir, en el lloc dit de Solanelles i Puigdemàger. Situat l terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.163, n. 11. Perg.
 248/230. Taca d'humitat a l'esquerra. La primera lletra una mica decorada.

Notum sit omnibus quod ego Raimunda Puyola, gratis ac spontanea voluntate, intuita Dei, et (ob rem)edium^a anime / mee, cum hoc publico instrumento perpetuo valituro, dono et offero donacione pura et irrevocabili inter vivos, dono Deo et /3 ecclesie beate Marie Vallis Lauree, et vobis domine Marquesie, Dei gratia abbatisse totique conventui eiusdem monasterii, in / perpetuum ad illuminationem et servicium eiusdem ecclesie, .Triginta. libras bone cere, habendas et percipiendas, singulis annis, / de illo censuali quod ego emi de bonis meis nomine monasterii, in loco qui dicitur Solaneles et a Podio de Mager de Raymundo /6 de Mealia de Pratis, sicut in instrumento inde confecto plenius continetur. Ad quas predictas .XXX. libris cere emendas et habendas / specialiter et expresse, assigno .Sexaginta. solidos Barchinonen de terno, super dicto censuali annuatim habendas et percipiendas per manum / domine abbatisse eiusdem monasterii, que pro tempore ibi fuerit vel cuiscumque domine de conventu ipsa voluerit. Quam quidem ceram predictam /9 totam, expendi volo in illuminatione et servicio ecclesie

a. Tacat, interpretem.

predicte. Et si forsitam de dicto censuali deductis et solutis predictis /.LX. solidos aliquid super fuerit, illud totum in vita mea retineo ad omnem meam voluntatem, post obitum vero meum, totum predictum / censuale cum omni iure et dominio quod ibi habeo ex nunc ut ex tunc, obligo, dono et offero ecclesie supradicte pro predicti cen-/12 (su)^b, habenda et percipenda singulis annis in perpetuum. Predictam autem donacionem, vobis domine abbatisse predicte totique conventui / et vestris successoribus in perpetuum, cum omnibus iuribus, vocibus realibus et personalibus, directis et mixtis que mi pertinent vel / (per)tinere^c possunt, quocumque meo racione vel causa in iam dicto censuali et suis omnibus pertinentiis, pro salute anime mee, facio ut /15 (di)ctos^d .LX. solidos in vita mea, post obitum vero meum, totum dictum censuale, habeatis, possideatis et expletetis pro iam dicto servicio / (...) ^e cendo ad omnes vestras vestrorumque voluntates. Et promito hanc donacionem semper firmam habere et nunquam in aliquo contravenire / (Re)nunciants^f omni iuri legi et consuetudini contra predicta in aliquo repugnanti.

Actum est hoc VI idus madii, anno /18 (Domini)^g M^o CCC^o tercio.

Sig+num predicte Raymunde Podiole, que hec firmat et laudat. Sig+num domine / (Marquesie)^h, Dei gratia abbatisse. Sig+num domine Sanxa de Vilamur, priorisse. Sig+num domine Blanque de Garri-/gosa, subpriorisse. Sig+num domine Cecilie de Carteliano, cantoris. Sig+num domine Geralde de Mo-/21 raria, sacristane. Sig+num domine Sibilie de (Ryivira), hospitalarie. Sig+num domine Narbone, ce-/lararie, que omnes hoc laudamus et firmamus.

/ Sig+num Berengarii de Nidobono et Johannis Fratis, eius

b. Taca, interpretem.

c. Tacat, interpretem.

d. Tacat, interpretem.

e. Tacat, faltan 3 lletres.

f. Tacat, interpretem.

g. Tacat, interpretem.

h. Idem.

presbitorum et Ar. de Podiolo de Cervaria. Testium.

/24 Petrus de Minoves, rector ecclesie Dolvan et notarius publicus eiusdem, scripsit hoc et suum Sig+noⁱ apposuit, / die et anno prefixis.

i. Signe autografat i decorat.

1304, febrer 8. Berga

Davant del notari i testimonis, Joan de Niubó, presbíter, en nom de l'abadessa Marquesa del monestir de Santa Maria de Valldaura, fa llegir a Jaume de Casanova, sots-vicari de Berga i Berguedà, una carta de paper, segellada, del venerable Bernat de Fonollet, gerent i vice procurador del rei a Catalunya, dirigida a ell. En la carta diu que l'abadessa Marquesa es queixa que ha pres, als homes d'allí, les recaptacions i altres opressions de forma indeguda i impertinent, i més, quan ells havien suplicat humilment a l'abadessa, benignitat. Manen que restituexi integrament o esmeni a l'abadessa i als homes, tot. Comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.163, n. 12. Perg.
265/150. Trencat part superior, sense que afecti al text. Taca i borrós al mig. En el revers indica :
"Protest donat per lo procurador de les monges al sots veguer de Berga fet en lo ann 1304".

Noverint universi quod in presencia mei notario et testium infra scriptorum, die et anno inferius scriptis Johannes Denidobone, presbiter nomine venerabilis domine abbatisse monasterii Sancte Marie / Vallis Laure, presentavit et legi fecit Jacobo de Casanova, subvicario Berguitane, quandam literam papiram, parentam sigille venerabilis Bernardi de Fonoylano gere-/3 ntis vices procuratoris in Cathalonia pro domino rege, in dorso sigillatam, cuius tenor talis est.

Bernardus de Fonoylano, auctoritate regia, gerens vices pro-/curatoris pro iudico domino infante Jacobo in Cathalonie, dilecto Jacobo de Casanova, subvicario Berge et Berguitane. Salutem et dilectionem ex parte venera-/bilis Marchesie, Dei gracia abbatisse monasterii Vallis Lauree, fuit expositum coram nobis, que facita iuris in dicta abbatissa et eius hominibus, non in venia pigno-/6 ratis ipsos homines ac ineptas et

indebitas exactiones at alias oppressiones eiusdem facitis, minus iuste quare nobis humiliter supplicavit dicta abbatissa, ut sibe de hiis / deberemus sibe ac dictis hominibus, benigniter providere. Cuius supplicationem ad missa attendentes que (et teneamini)^a debet iuvari qui sub dictos in iure conectur deffendere / et cueri vobis damus et mandamus quatenus si est ita omnia supradicta minus debite per vos facta in statum debitum revocantes, eidem abbatisse et eius hominibus /9 de hiis dem faciatis taliter restitutionem integram seu emendam, quod non habeamus vobis alterato scribere super hiis.

Datum est sexto idus febreri, anno Domini / Millesimo CCC^o quarto, quibus auditis et intellectis Jacobus de Casanova subvicarius predictus respondit, que si^b aliqua habuit in debite et iniuste de hiis / que asservitur est paratus revocare et restituere et stare ad cognitionem iudicis curie domini regis in Berga. De quibus dictus Johannes de Niubo, /12 nomine dicte abbatisse, mandavit sibi fieri per notarium infrascriptum, hoc publicum instrumentum.

Quod est actum pridie idus febreri, anno predicto, / presentibus testibus, Raimundo Luppeti, iuriperito et Petro de Bretons.

/ Bernardus de Pontibus, notarius publicus Berge, hoc scribi fecit, cum apposito in X^a linea ubi dicitur, si, et clausit hoc suo Sig+/15 no^c.

a. Borrós i fluix, quasi illegible.
b. Interlineat, si.
c. Signe autografat i decorat.

111 bis.

1304, maig 10. Prats del Rei
Trasllat de document, 1341. Guillem de Morera, muller Leonor i els seus fills Raimon i Pere Anton, venen a Jaume Anglès de Solanelles, el tros de terra que tenen en el terme de Puigdemàger, i un camp amb fregenall contiguo, en el lloc anomenat "vila Ganella", situat en la carretera que va a Calaf. Depenen del monestir de Santa Maria de Valldaura. El preu és de 290 sous. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.166, n. 11. Perg.
360/235. La part inferior fluixa. Còpia en abstracte.

Hoc est translatum fideliter sumptum pridie idus madii, anno Domini Millesimo Trescentesimo Quadragessimo Primo, a quodam instrumento cuius tenor sequitur in hunc modum. Sit omnibus notum / quod nos Guillermus de Moraria de Pratis et Eyronis, uxor eius et Raimundus de Moraria et Peratonus de Moraria^a filii eorum, omnes in simul et quilibet nostrum in solidum, per nos et nostros, vendimus vobis Iacobo /3 Angles de Solanellis, et vestris et cui volueritis imperpetuum, quandam sortem terre quam habemus in termino de Podio Mager, et tenemus pro monasterio Vallis Laure, et in eius alodio que affrontat cum hono-/re den Bernardi de Villasieca de Solanellis, et cum honore Iacobi Martini, et cum honore Guillermi Mercerii de Pratis, et cum honore^b Bernardi Sala de dicto loco de Solanellis. Item vendimus vobis et vestris perpetuo, quen-/dam campum cum fferregenali eidem contiguo, quem et quod habuimus in dicto termino in loco qui dicitur vila Ganella, et tenemus pro dicto monasterio et in eius alodio. Que campus affrontat, cum ho-/6

a. de Moraria, interlineat.
b. honore, interlineat.

nore dicti Bernardi Sala et cum via publica qua itur usque Calaff, et cum honore Iacobi de Sera, qui honor fuit Petri Germani de Pratis, affrontat autem dictum ferregenale, cum honore se / predicti Bernardi Sala, et cum honore predicti Iacobi Sera et cum via que est inter dictum campum quem vobis vendimus et ipsum ferregenale. Sicut ab omnibus partibus affrontatur et terminatur, cum omnibus introitibus et / exitibus suis et melioramentis que ibi sunt et facere volueritis. Ita vobis et vestris et cui volueritis, vendimus perpetuum pro precio .Ducentorum Nonaginta. solidos Barchinone monete perpetue de terno. De quibus /9 a vobis sumus bene paccati. Renunciando excepcioni peccunie non numerate et doli. Et si hec venditio plus isto precio modo valet vel valebit, de inde totum vobis et vestris damus et remittimus, / excerta sciencia imperpetuum. Renunciando specialiter illi legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur. Et cum hoc presenti publico instrumento perpetuo valituro, introducimus inde^c vos et vestros et illos quos / volueritis, de presenti in corporalem possessionem et perpetuam tenedonem ad omnes vestras vestrorumque voluntates plenarie ac perpetuo faciendas, sine omni nostro nostrorumque vinculo et retentu, quem in predictis /12 non facimus ullo modo. Salvo semper in omnibus iure et dominio dicti monasterii et suorum successorum. Nos autem et nostri erimus inde semper, vobis et vestris, guirentes et legales deffensores contra cunctas per-/sonas. Et de eviccione, obligamus vobis et vestris quisque nostrum insolidum, nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda. Nec vero aliquis nostrum pro aliquo valeat in hoc excussari vel diff-/erri nove constitutioni et beneficio dividende accionis. Et specialiter ego dicta Eyronis, sponsalicio meo et auxilio senatus consulti velleyani et iuri ipothecarum mearum ac omni ali iuri racionus /15 et consuetudini contra hec repugnantibus penitus, renunciamus. Et ut hoc omnia supradicta firmiora sint, ego dicta Eyronis, cerciorata de iure meo per notarium infrascriptum, iuro per Deum et eius / Sancta quatuor Evangelia, manibus meis corporaliter tacta, omnia supradicta firmiter habere, tenere et fideliter observare et non in aliquo unquam contravenire iure aliquo vel

c. inde, interlineat.

ratione.

Actum est hoc sexto / idus madii, anno Domini Millesimo CCC^o quarto.

Sig+num Guillermi de Moraria. Sig+num Eyronis, uxoris eius iurantis. Sig+num Raimundi de Moraria. Sig+num Peritoni de Moraria, predictorum nos qui hoc facimus concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt: Bernardus den Pont. Raimundus de Medalia et Petrus Anglesii de Pratis. Sig+num Guillermi de Moraria de / Pratis. Sig+num Periconi Ferrari de Calaff emptorum reddituum exituum et proventuum castrum de Solanellis et de Podio Mager (domini)^d presentis qui hec laudamus et firmamus, presentibus testibus, / Raimundo de Moraria et Raimundeto, filio Petri de Nafferrera de Sancto Iacobo de Calaff. Sig+num Raimundi de Boxadera, baiuli venerabilis domine abbatisse monasterii Vallis Laure in castris /21 predictis, qui hoc laudo et firmo, salvo iure dicto monasterio in omnibus, presentibus testibus, Petro clerici de Pratis et Raimundo de Moraria, rector ecclesie Vicianana.

Sig+num^e Garan-/ngoldi de Medalia, rectoris et notarii publici de Pratis, qui hoc scribi fecit.

/ Sig+num Berengarius Mercerii, subvicarii de Pratis et Segarre pro domino rege, qui huic translato a suo originali fideliter abstracto, et cum eodem fideliter comprobato nostram prestamus auctoritatem /24 periter et decretum, et volumus que in iudicio et extra, ut suo originali fides plenaria ab omnibus habeatur.

/ Sig+num^f mei Berengarii Rovira, regentis scribaniam ville de Pratis, pro fratre Ffrancischo Vives, coadiutore perpetuo rectore ecclesie dicte ville, ac notario publico eiusdem, qui

d. Fluix, interpretem.

e. Signe autografat i decorat.

f. Signe autografat i decorat.

hoc translatum / a suo originali fideliter abstractum, non viciatum seu in aliqui sui parte suspectum, auctoritzatumque per dictum subvicarium, scribi feci, die et anno predictis, presentibus testibus /27 Petro Viver, Raimundo Scutiferi, cum supraposito in secunda linea ubi dicitur, de Moraria, et in quarta linea ubi scribitur, honore, et cum edmendati in VI^a linea ubi notatur, itur, et cum appo-/sito in X^a linea ubi apponitur, inde, et clausi.

1305, març 27. Castell de Guàrdia
Bartomeu Cardona, fill de Bartomeu Cardona de Berga, dóna, cedeix i transfereix a Arnau de Bairi i a Ramon de les Planes, de la parròquia de Santa Maria de Matamala, i a tots els homes de la mateixa, que són dels senyors dels monestirs de Santa Maria de Serrateix i de Santa Maria de Valldaura, tot el que el seu pare va comprar i ell va heretar del venerable Bernat, abat de Serrateix i de Blanca, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, d'aquella part de bosc dit de Matamala, amb tots els drets locals, veus, accions reals i personals. Situat al terme de Les Lloses, comarca del Ripollès.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.163, n. 13. Perg. 192/155. Mal conservat, amb parts tacades. Molt fluix i borrós en les tres primeres línies. En el revers indica: "Restitutis nemoris de Matamala per Bartolomei Cardona".

Sit omnibus notum quod ego Bartolomeus Cardona, filius et heredes Bartolomei Cardona de Berga, gratis et excerta / sciencia, per me et omnes successores meos dono, reddo, cedo^a et transfero in vos, Arnaldus de Bairi et Raimundi de Cespla- / 3 nes, de parrochia Sancte Marie de Mathamala presente, et in universos alios et singulos homines dicte parrochie qui sunt de domino monasteriorum / Sancte Marie de Serrateii et Sancte Marie de Vallaura, absente tanquam presentes, et vestros et eorum heredes ac in quoscumque vo-/lueritis perpetuo, totam illam empcionem quam, dictus Bartolomeus Cardona pater meus, qui mi hereditavit de bonis et iuribus suis /6 feci suis herevit de venerabilis Bernardo condam, Dei gratie abbate dicti monasterii de Serratex, et de domina Blanca, eadem gratie abba-/tissa Vallis Laure condam, de parte illius nemoris vocati de Mathamala, quod est in predicta parrochia de Mathamala, et etiam

a. Rascat i sobreescrit, cedo.

omnia / loca iura, voces et acciones reales et personales, utiles et directas, ordinarias et extraordinarias sive mixtas, et quascumque alias /9 mi et dicto patri meo, competentes et competere debentes, in predicta empcione, pro ut melis in instrumentis ipsius vendicionis sive / venditionum in que vobis trado plenius continetur. Quibus locis iuribus et accionibus meis, possitis vos et vestri agere utius experire, in / curia et extra curiam, in iudicio et extra iudicium, et etiam ubique quem ab modum ego possem de (...) ^b donacionem et /12 cessione. Constituens vos et alios predictos homines vestros et eorum successores, super (...) ^c dominos et procuratores, tan-/quam in rem vestram et dictorum hominum propriam, pro ut melius ad utilitatem vestri vestrorumque dici vel intelligi pote ad omnes / vestras et ipsorum hominum et vestrorum, de eorum successorem voluntates in libere perpetuo faciendas, in omni meo meorumque et /15 totius alteri parte retentu.

Actum est hoc VI^o kalendas aprilis, anno Nativitate Domini M^o Trescentesimo Quinto.

Sig+num Bar-/tolomei Cardona filii et heredis Bartolomei Cardona predicti, qui hoc laudo et firmo.

/ C. huius rei testes sunt, Raimundus de Roseto, rector de Mathamala; Petrus Beleuz, et Petrus de Vallemala.

/18 Sig+num^d Guillermi de Borredano, scriptoris publici iurati, termini Castri de Guardia, qui hoc scripsit et clausit, cum literis / rasis et rescriptis II^a linea ubi dici, cedo, die et anno quod supra.

b. Borrat per petit forat i taca, falten unes 8 lletres.

c. Idem, falten 4 lletres.

d. Signe autografat i decorat.

1305, setembre 29. Cervera
Pere Soler, drapaire de Cervera, i la seva muller Bertomeua, entreguen corporalment i desemparen, a Marquesa, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, i a Cecília de Cartellà, sots-priora, tota la propietat de terres cultes i ermes, que tenien a Solanelles, en el lloc dit Puigdemàger, per alou franc, lliure i quiet, i tot el cens de domini. El preu és de 600 sous de Barcelona. Situat al terme d'Els Prats de Rei.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.163, n. 14. Perg.
 4458/325. Taca per humitat al mig i al costat dret de la part superior.

Sit omnibus manifestum quod ego Petrus Soler, draperius Cervarie et Bartolomeua eius uxor, utrimque nostrum in solidum, per nos et omnes nostros, non coacti nec in aliquo circumventi set bono animo et spontanea voluntate, scienter, provide, in omnibus consu(...)^a / et corporaliter tradimus seu quasi derelinquimus atque desemperamus vobis, domine Marchesie, Dei gratia abbatisse monasterii de Vallaura, licet absentem tanquam presenti, et prefato monasterio et vestris successoribus et conventui ipsius monasterii nunc et in perpetua, et vobis domine Cilie (Cartiliano sots)^b /3 priorisse dicti monasterii, presenti nomine dicte domine abbatisse a vobis ementi, recipienti et stipulanti, et nomine etiam monasterii et conventus predictorum, totum honorem cultum et heremum quem habemus et habere debemus (...)^c de Solaneles, loco vocato Puig de Mager pro franco (libero)^d ac / quitio alodio, et totum censum dominium et alia

a. Borrat per taca, falten unes 10 lletres.

b. Borrat per taca, interpretem.

c. Borrat per taca 5 lletres.

d. Borrat per taca, interpretem.

iura universa et singula quecumque nomine consevitur, quos et que habemus et accipimus habere et accipere debemus in dicti termino vel terram tenetibus in proprio termino quolibet racione. Et predecessores mei antierius consueti sumus accipere et habere^e de proprietate, totius predictae venditionis, euidem nos penitus / dominio, iure vinculo, posse ac proprietate nostra et nostrorum. Tradimus et transferimus integre, iure emptiones vestre in dominium, ius tenedonem et corporalem possessionem ac proprietatem vestri, dicte domine abbatisse et predicti conventus et successorum vestrorum, cum ingressibus et egressibus, melioracionibus /6 et suis omnibus pertinentiis; ad habendum, tenendum, dandum, vendendum, alienandum et faciendum ibi et inde quolibet modo, omnes vestras vestrorumque successorum voluntates et quorum volueritis perpetuo facien(das)^f et sine omni exepcione et retencione nostra et nostrorum quam ibi vel inde / non facimus aliqua racione. Hanc autem venditionem, vobis dicte domine abbatisse nomine dicti monasterii licet absenti tanquam presenti et eidem monasterio et eius conventui et vobis dicte domine Cilie, presenti nomine eorumdem, nobis ementi et stipulanti faciamus nunc et in perpetuum, pro precio .Sexcen- /torum solidos Barchinone terni, quos omnes a vobis, dicte domine Cilie, nomina domine abbatisse prenominate, et conventus predicti, habuimus et recepimus numerando, et quem de totis et de toto ad voluntatem nostram, bene vestri paccati sumus et contenta. Renunciamus excepcioni peccunie predictae, non habite, non numerate et /9 non recepte et doli et illi legi et iuri que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii, et omni alii legi et iuri civili et canonico, comuni et singulari, publico et privato et omni alii auxilio et beneficio, tanquam hiis (...) ^g enumeratis, quibus contra hec possemus nos vel nostri racione dupli-/cis, triplicis vel quadruplicis decessores vel alterius cuius libet rei in aliquo adiurari verum scienter et consulte per nos et omnes nostros, cum hec presenti publico instrumento, damus et concedimus vobis dicte domine abbatisse, nomine dicti monasterii et vestris

e. Interlineat, predecessores mei antierius consueti sumus accipere et habere.

f. Illegible, interpretem.

g. Borrós, illegible 5 lletres.

successoribus et eidem monasterio et eius con-/ventui, licet absentibus tanquam presentibus, et vobis domine Cilie de Carteya, presenti nomine eorumdem, recipienti et stipulanti quicquid hec venditio plus predicto valet precio vel est impostorum valituro (...) ^h vestrorumque successorum, voluntates perpetuo faciendas. Convenimus item /12 quod bona fide utrimque nostrum insolidum per nos et omnes nostros, que totam predictam venditionem et donationem pro ut superius continetur, faciamus nos et nostri, vos dictam dominam abbatissam et vestros successores et dictum (monasterium) ⁱ et eius conventus, habere, tenere et in pace possidere contra omnes personas. Et / si aliquam persona vel persone inde vos dictam dominam abbatissam vel vestros successores seu dictum monasterium et eius conventum demandaverint, vel in causam (...) ^j qualibet racione, vobis dicte domine abbatisse (...) ^k vestris successoribus et vobis dicte domine Cilie, presenti, nomine ipsorum recipienti / et stipulanti, bona fide promittimus statim tunc pro vobis, firmare et facere ius et bonus litigii in nos suscipere et causam seu causa ducere, et vos dictam dominam abbatissam et vestros successores et prefactum monasterium et eius con(ventus) (...) ^l (pri)ncipio litis usque ad finem, et facere etiam bonam et legalem guiren-/15 tiam et deffenionem, contra omnes personas in perpetuum, ante causam et in causa et post causam, et in iure et extra ius, pro ut melius dici cogitari et intelligi pote, ad comodum utilitatem et scinter cum intellectum (vestre dicte) ^m domine abbatisse et successorum vestrorum et dicti monasterii et eius conventus in perpetuum. / Et si inde a vobis aliquid evictium fuerit qualibet racione nobis presentibus vel absentibus, denunciotionem nobis facta vel non factam necessitatem eius denunciotionis, vobis dicte domine abbatisse, licet absenti, et vestris successoribus et monasterio et eius conventui supradictis, et vobis et dicte domine Cilie de Carte-/ya, presenti, pro ipsis a nobis recipienti et stipulanti,

h. Borrós per taca, illegible 9 lletres.

i. Borrós, interpretem.

j. Borrós unes 6 lletres.

k. Borrós, illegible 9 lletres.

l. Borrós, illegible 8 lletres.

m. Borrós, interpretem.

excerta sciencia, remitimus de presenti totum illud quantum et quicquid sit vobis dicte domine abbatisse et vestris successoribus et dicto monasterio et eius conventui restituere et emendare promittimus incontinenti quanda fuerimus requisiti sine omni obsta-/18 culo et contradicto, unde de guirentia, eviccione et salvitate, inde vobis dicte domine abbatisse et vestris successoribus et dicto monasterio et eius conventui in perpetuum facienda, utrimque nostrum in solidum, renunciantes benefificio dividendo, accionis et nove constitutioni de duobus reis stipulantibus / et auxilio et benefificio senatus, consulti velleyani et epistole diverciis, obligamus inde vobis dicte domine abbatisse, licet absentis, et vestris successoribus et dicto monasterio et eius conventui et vobis dicte domine Cilie Decarteya, pro ipsis a nobis recipienti et stipilanti, et notario etiam / infrascripto pro dicta domina abbatissa et eius successoribus et monasterio et conventu predictis, et omnibus aliis quorum interesse vel interesse pote legitime stipulanti et recipienti, nos et omnia bona mea mobilia et immobilia, habita et habenda, in cunctis locis. Et ut predicta firmiter ob-/21 serventur, iuro predicta omnia et singula atendere et complere et non contravenire, ego dicta Bartolomeua, racione dote vel sponsalitiis mei vel alterius cuius libet rei per Deum et eius Sancta IIII^o Evangelia, coram posita et a mea corporaliter manu tacta.

Actum est hoc X^o kalendas / octobris, anno Domini M^o CCC^o quinto.

Sig+num Petri Soler. Sig+num Bartolomeue eius uxori, iurate predictorum, qui hoc firmamus et concedimus.

Sig+num fratris Bernardi Raimundi Maioralis domus Beati Antoni Cervare. Sig+num Bartolomei Gui-/labert, clerici. Testium.

/24 Ego Guillermus ffratrii, publicus notarius Cervarie, hoc scripsi, cum supraposito in IIII^a linea ubi dici, pro ut nos et predecessores mei antierius consueti sumus accipere et habere,

et hoc Sig+noⁿ feci.

n. Signe decorat i autografiat.

1305, octubre 7. Cervera

Pere Soler, mercader i habitant de Cervera, confessa i reconeix, que ha sigut ben pagat i content per Cecília de Cartellà, sots-priora del monestir de Santa Maria de Valldaura, de la diòcesi d'Urgell, dels 600 sous barcelonis, per la venda de les propietats, possessions i censos que rebia, per herència del seu pare Guillem de Soler habitant de Calaf, en l'alou del terme i lloc de Solanelles. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.163, n. 15. Perg.
275/130. Primera lletra dibuixada.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Solerio, mercator et habitator Cervarie. Confiteor et in veritate recognosco me esse bene paccatum et contetum a vobis, domina Cilia de Car-tiliano, subpriorissa monasterii Sancte Marie Vallis Lauree, dioecesis Urgellen, nomine proprio et abbatisse et conventus dicti monasterii, de illis .Sexcentis. solidos Barchinone terni, qui /3 mi debebantur, racione illius vendicionis, quam vobis feci de quibusdam honoribus et possessionibus et censibus, quos habebam et percipiebam ex successione Guillermi de Solerio quondam, / patris mei habitatori de Calaff, pro francho alodio in termino loci de Solanellis, pro ut in instrumento ipsius vendicionis laciis continetur. De quibus dictis .DC. solidos qui a vobis habui et / recepi, et inde a vobis bene paccatus et contentus sum ad voluntatem meam. Ideo renuncio excepcioni non numerate, peccunie et non habite et doli. Facio inde vobis et abbatisse et conventui /6 monasterii supradicti et sucessoribus vestris, bonum perpetuum finem et pactum de non petendo et de non movendo questione aliquod, in iudicio vel extra, absque aliquo retencione et ex-/cepcione, sicut melius dici et

intelligi potest ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum intellectum.

Actum est hoc nonas octobre, anno Domini M^o CCC^o quinto.

Sig+num Petri de / Solerio predicti, qui predicta laudo, concedo et firmo. Sig+num ffratris Bernardi Raimundi, Ordinis Sancti Antoni (Branensi). Sig+num Bartholomei Guilaberti presbiteri. Testium.

/9 Ego Romeus Cridador iure notario Cervarie et scriptor curie, vicari eiusdem pro domino rege, hoc scribi feci et hoc meo Sig+no^a firmo.

a. Signe autografat i decorat.

1310, desembre 1. Els Prats de Rei
Trasllat fet 1341. Pere Maçana, fill de Raimon Maçana de Prats, i la seva muller Sibil.la, venen a Periconó Vilaseca i muller, habitants del lloc de Solanelles, dos trossos de terra que tenen en el terme de Puigdemàger, sota el domini del monestir de Santa Maria de Valldaura. Acepten un "puixeró" de blat, un d'ordi i un de civada i 4 diners com cens anual. El preu de venda és de 115 sous de Barcelona. L'esposa renuncia a tots els seus drets d'esponsalici, auxili vellesa, dret d'hipoteques i altres. Situats al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.163, n. 16. Perg. 350/330. Tacat per humitat a la part de dalt i abaix a l'esquerra.

Hoc est translatum fideliter sumptum, quarto kalendas madii, anno Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo Primo, a quodam vendicionis instrumento cuius tenor talis est. Sit omnibus notum quod ego Petrus / Maçana, filius Raimundi Maçana quondam de Pratis et Sibilia uxor mea, per nos et omnes nostros presentes atque futuros, vendimus vobis Perichono Villasicha et Elieshendi, uxori vestre, habitatoribus /3 loci de Solanellis, et vestris imperpetuum, duo trocia terre nostros, quos habemus et tenemus in termino de Podio Mager sub dominio et alodio monasterii Vallis Laure. Qui in predictis trociis terre, accipit / unum punyxeronum de frumento et alium puyxeronum ordeï et unum puigeronum de civada, et etiam quatuor denarios Barchinonen terni censuales. Quod dictum bladum et denarios, vos faciatis et vestri / pro censu ratione dictorum duorum trocium terrem annuatim dicto monasterio. Quorum unus affrontat a prima parte, in honore den casa Olera et a duabus suis partibus, cum honore

Petri de Podio /6 Mager; alius vero affrontat a prima parte, cum via publica que itur de Podio Mager apud Calaff, et de secunda in cumba Romeus de na Dolça quondam, et de tertia cum honore den Sala, et quarta vero parte in / honore Petri den Agramunt. Predictos duo trocia terre, pro ut affrontatur et terminatur ab omnibus suis partibus, cum introitibus et exitibus et iuribus eorundem ac cum omnibus melioramentis factis et fa-/ciendis, vobis predictis emptoribus et vestris, perpetuo vendimus pro precio .Centum Quinque. solidos Barchinonen terni nobis quitiorum, ex quibus bene vestri paccati sumus nostre voluntati. Ideoque, renunciamus omni excepcioni peccunie /9 non (numerate)^a et non recepte et doli. Et si hec vendicio plus predicto precio modo, valet vel in posterum fuerit valitura, totum vobis et vestris, gratis et excerta sciencia, damus, remittimus imperpetuum. Renun-/ciantes specialiter, illi legi que subvenit deceptis in venditione, ultra dimidiam iusti precii. Et cum hoc presenti publico instrumento perpetuo valituro, mittiemus vos de presenti, de predictis trociis terre, in corpo-/ralem possessionem et proprium tenedonem ad omnes vestras voluntates vestrorumque perpetuo faciendas, sine omni nostro nostrorumque vinculo et retentu. Salvo semper iure dominio et censu prefati monasterii in omnibus. /12 Quos prefatos duo trocia terre, cum omnibus iuribus eorundem, promittimus per nos et nostros vobis predictis emptoribus et vestris, facere, tenere, habere et in pace possidere contra cunctas personas imperpetuum. / Et de evicione et legali guirentia, tam speciali quam generali, utrimque nostrum in solidum, obligamus vobis predictis emptoribus et vestris, nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda ubique ne / vero altero nostrum pro altero, in hoc valeat excusari vel differri nove constitutioni et beneficio dividendo, accionis ac omni alii legi, iuri rationi et consuetudini, quibus contra predicta vel aliqua predictorum /15 possemus in aliquo nos iuvari. Et specialiter, ego predicta Sibilia, cerciorata de iure meo per notarium infrascriptum, meo sponsalicio et auxilio senatus, consulti velleyanni et iuri ypothecarum mearum, / ac omni alii iuri,

a. Borrós, interpretem.

legi contra hec venientibus penitus (...) ^b. Et ego predicta Sbilialia, iuro per Deum et eius Sancta quatuor Evangelia, manibus meis tacta, predictam vendicionem ratam et firmam / perherempinter, habere, tenere et observare et non contravenire iure aliquo vel racione.

Actum est hoc kalendas decembris, anno Domini Millesimo trecentesimo decimo.

Sig+num Petri Maçana. Sig+num /18 Sibilie eius uxoris, iuranti predictorum, qui hoc facimus concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt: Raimundus de Medalia. Petrus Morelli. Bernardus Ermengou et Raimundus Cerelihoni de Pratis.

/ Sig+num ^c Jacobi de Soldevila, rectoris ecclesie Solanellis, in cuius manu et posse domina Cilia de Carteya, tenens locum domine Marquesie, abbatisse Vallis Laure, in castro de / Solanellis et Podio Mager, et domina Geralda de ça Morera, sacristana eiusdem monasterii, hoc instrumentum et omnia contenta in eo firmaverunt et laudaverunt, salvo iure dicti monasterii in omnibus.

/21 XVI^o kalendas ianuari, anno Domini Millesimo trecentesimo terciodecimo, presentibus testibus Berengarius, clericus de Sererols et Bernardus Croat.

/ Ego Bernardo de Fonaylosa, presbiter regentis scribaniam de Pratis, pro fratre Jacobo Jordani, rectore et notarii publici loci eiusdem, qui hoc scripsi, cum aposito in VIII^a linea ubi dicitur, vendimus, et meum / Sig+num ^d aposui, et clausi, die et anno prefixis.

/24 Sig+num Berengarii Mercerii, subvicarii de Pratis et Segarre por domino rege, qui huic translato in nostri presencia, per infrascriptum notarium, cum suo originali fideliter

b. Borrós 7 lletres.

c. Signe autografat i decorat.

d. Signe autografati decorat.

comprobato, nostram prestamus / auctoritatem periter et decretum, ut ipsi translato fides ab omnibus haberitur appositum hic per infrascriptum notarium, die et anno quibus supra

/ Sig+num^e mei Jacobi de Olugia, regentis scribaniam ville de Pratis, pro fratre Francischo Vives, coaciutore perpetuo, rectore ecclesie dicte villa, ac notario publico eiusdem, qui hoc translato /27 sumptum suo originali fideliter auctoritzatumque per dictum subvicarium, scribi feci, die et anno in prima linea, contentis presentibus testibus Petro Viver et Raimundo Stutifier, et clausit.

e. Signe autografat i decorat.

1310, desembre 19. Berga

Francesc Calinzano de Berga, dóna, estableix a cens, concedeix i entrega a Pere de Prat, fill de Guillem de Prat, un tros de terra situada en la parròquia de Berga, sota el domini del monestir de Santa Maria de Valldaura. Ha de donar un cens anual de quatre sous per Nadal. Paga a més 20 sous de Barcelona per l'entrada. Comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.163, n. 17. Perg.
315/260. Mal conservat, molt fluix, especialment la part dreta. La "N" inicial una mica decorada.

Noverint universi quod ego Franchiscus de Calinzano de Berga, ex certa sciencia, per me et meos presentes futuros, dono et stabilio et ad censum infrascriptum concedo et trado, tibi / Petro de Prato, filio Guillermi de Prato, Merceri Berge et tuis et cui sive quibus volueritis perpetuo, quoddam trocium terre, cum introitibus et exitibus, suis arboribus et pertinentiis, quod /3 habeo in parrochia Berge, sub dominio et (...) ^a ali monasterii Vallis Laure. Pro ut affrontatur ex parte una, in honore Raimundi Poliad; ex alia parte, in honore den Celarer; / ex alia parte, in camino quo itur versus hospicio de fabrica. Predictum itaque trocium terre, cum introitibus et exitibus et suis iuribus pertinentiis et arboribus ibi diversorum ge-/nerum, dono et stabilio tibi, dicto Petro de Prato et tuis et cui sive quibus volueris, perpetuo ad habendum, tenendum omnique tempore in pace possidendum, dandum, vendendum /6 inpignorandum seu alienandum, et ad omnes tuas tuarumque voluntates semper libere faciendas. Tali videlizet modo et pacto, que tu et tui donetis mi et meis pro censu, / quolibet anno in festo Natalis Domini, quatuor solidos monete curribilis Barchinonen perpetue de terno. Et nichil aliud inde, dare vel facere teneamini tu vel tui, mi

a. Illegible 4 lletres.

nec meis. /Pro intrata autem huius stabilimenti, accepi a te .Viginti. solidos Barchinonen de terno. Super quibus, quia a te bene paccatus et contentus suum ad voluntatem meam. Renunciando /9 excepcioni precii et peccunie non habite et non recepte et doli. Et legi que deceptis ultra dimidiam iusti precii subveneriter, et omni iuri divino et humano, canonico et civili, / comuni et privato seu consuetudinario, quia certificatus pluri valencia predictorum, dono et remito tibi et tuis. Promitens hec predicta, tenere et habere te et tuos et quos / volueris contra omnes personas, et tenebor tibi et tuis de firma et legali eviccione et guirentia contra omnes personas. Pro quibus, obligo tibi, omnia bona mea mobilia et /12 immobilia, habita et habenda, ubique sint. Ad hec ego Petrus de Prato predictus, recipiens hoc predicta suo firmis pacto et condicionibus supradictis, promito dare dictam / tascham dicto monasterio, et tibi solvere dictum censum quolibet anno ut predictus sub obligacione dicte terre et melioramentorum in ea faciendorum. Salvo iure et dominio / monasterii Valle Laure.

Actum est hoc XIII^o kalendas ianuarii, anno Domini Millessimo CCC^o Undecimo.

Sig+num Francischi de Calinzano predicti, qui hoc laudo, concedo et firmo. /15 Sig+num Petri de Prato predicti, qui hoc laudo, concedo et firmo. Sig+num Guillermi de Prato, Mercerii Berge, procurator constituti domina Marchesia, Dei gratia / abbatisa Valle Laure et in (auto)ritate^b dicte procuratore, predicta laudo, firmo et de iure competenti dicte domine abbatisse pro et alie (...) ^c bene paccatas.

/ Testes huius rei sunt, Guillermus de Prato Mercerius, Raimundus Molar et Raimundus Fresoli.

/18 Bernardus de Pontibus, notarius publicus Berge, hoc

b. Illegible, interpretem.
c. Illegible 8 lletres.

scribi fecit et clausit hoc suo Signo^d.

d. Signe autografat i decorat.

1311, juliol 22. Barcelona

Esclarmonda, vídua de Guillem Moneder, ciutadà de Barcelona, ven a Marquesa de Guàrdia, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura de la diòcesis d'Urgell, per lliure i franc alou, el censal de diversos censos i tot dret de domini i fadiga que rep de cada peça d'hort, en diferents emfitéusics, situats en un suburbi de Barcelona, al costat del mas de Moneder. Censos corresponents a la venda que domna Tomasa, mare de l'abadessa Marquesa, va fer al monestir per l'establiment del pa de blat, des de Quaresma a l'octava de Pasqua. El preu és de 5000 sous de Barcelona. Situat a la ciutat de Barcelona, entre Sarrià i Finestrelles, al límit del terme d'Esplugues de Llobregat.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.163, n. 18. Perg. 775/477. La "I" inicial decorada. Algun tros illegible per doblec.

In Dei nomine. Sit omnibus notum quod ego Sclarmunda, uxor Guillermi Monetarii quondam, civis Barchinone, non dolo vi vel metu inducta, nec in aliquo circumventa, set gratis et bono animo et spontanea voluntate, per me et per meos presentes et futuros, vendo vobis religiose in Christo domine Marchesie de Guardia, Dei gratia abbatisse monasteii Vallis Lauree diocesis Urgellen et ementi ad opus / dicto monasterii et peccunia ipsius monasterii et conventus eiusdem monasterii et vestris, perpetuo et notario infrascripto recipienti nomine vestro et dicti conventus seu dicti monasterii, per propium liberum et franchum alodium, censualia infrascripta et totum ius dominium et faticam que et quod habeo et percipio et habere et percipere debeo, in quibusdam pecciis terre, ortis, /3 sive trileis, quas diversi emphiteosi infrascripti pro me tenent, et sub dominio alodio meo in suburbio Barchinone, iuxta a tenedones mansi vocati den Monader. Et que siquidem censualia spectant ad me, ex

successione dicti Guillermi Montearii quondam mariti mei. De quo siquidem censuali, prestant et prestare tenentur heredes den Caya pro / quadam peccia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro me tenet in festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti .Tres. morabetinos. Et Sibilia uxor Arnaldi Martini quondam, pro quadam peccia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro quadam me tenet in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti, .Duos. morabetinos. Et Berengaria uxor Petri Manaschalis quon- /dam, pro quadam peccia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro me tenet in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti .Duos. morabetinos. Et Bonaichuench uxor Guillerms Magranerii, pro quadam peccia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro me tenet in festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti .Unum. morabetinum et medium. Et Guillermus /6 Bosch, pro quadam peccia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro me tenet in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti .Duos. moraberinos et medium. Et Petrus de Podio Alto clericus, pro quadam peccia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro me tenet in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis .Duos. morabetinos. Et Bernardus de Solano, / pro quadam peccia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro me tenet in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti .Duos. morabetinos. Et Bernardus Salavert, pro quadam peccia terre quam pro me tenet in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti .Duos. morabetinos. Et Raimundus Ferrarii, pro quadam peccia terre cum tiris ibi plantatis, quam / per me tenet in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti .Duos. morabetinos. Et Petrus Stephani de Palaciolo Sutor, pro quadam peccia terre cum tiris ibi plantatis, in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti .Duos. morabetinos. Et predicta censualia solvuntur et debent solvi in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis /9 augusti quolibet anno ut dictum est.

Terminantur autem omnes predictae peccie terre cum tiris ibi plantatis que contigue sunt, ex tribus partibus in viis publicis et ex alia parte in tenedone mea.

Hanc autem vendicionem facio vobis, dicte domine abbatisse

et conventui predicto, ementi ad opus illius stabilimenti quod nobilis domina Portera, mater vestri dicte / domine abbatisse, fecit in dicto vestro monasterio scilicet, de pane tritici, dando dicto conventum a festo Carniprivi usque ad octavas Pasche. Et quia dictum precium vos et asseritis michi solvistis de illis .Quinque Mille. solidos monete Barchinone de terno, quos dicta domina Portera mater vestra, dimisit per redditus emendiis ad opus dicti stabilimenti, et vestris per-/petuo et notario infrascripto recipienti, nomine vestro et dicti conventus seu dicti monasterii, et eius vel eorum quorum interest vel intererit seu interesse potest aut poterit, de dictis censualibus seu morabetinis, qui sunt in summam .Viginti. morabetini. Et solvuntur pro uno quoque ipsorum morabetinorum, .Novem. solidos monete Barchinone de terno, de toto iure et dominio, fatica et laudi-/12 miis, michi pertinenti et pertinere debenti in predictis peccis terre ortis sive trileis, ex causis predictis et aliis quibuscumque. Sicut melius dici et intelligi potest ad salvamentum et bonum intellectum vestri et dicti conventus seu etiam dicti monasterii. Extrahens predicta omnia et singula, que vobis et dicto conventui seu monasterio et / notario infrascripto recipienti, nomine vestro et dicti conventus seu etiam dicti monasterii, et eius vel eorum quorum interest vel intererit seu interesse potest aut poterit, vendo de iure dominio et posse mei et meorum. Eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque, ius dominium et posse, mitto et transfero irrevoca-/biliter. Et promitto convenio vobis et dicto conventui et notario infrascripto, stipulanti nomine vestro, et dicti conventus seu etiam dicti monasterii, et eius vel eorum quorum interest vel intererit seu interesse potest aut poterit, que tradam vobis seu procuratori vestro possessionem predictorum omnium et singulorum, /15 que vobis et dicto conventui seu etiam dicto monasterio et notario infrascripto recipiente, nomine vestro, et dicti conventus seu etiam dicti monasterii et eius vel eorum quorum interest vel intererit seu interesse potest aut poterit, vendo. Et nichilominus dono et concedo vobis et procuratori vestro, potestatem / apprehendendi ipsam possessionem, et apprehensam licite retinendi. Et quo usque possessionem predictorum omnium et singulorum, vobis vel

procuratori vestro, tradidero vel vos eandem possessionem per vos vel per procuratorem vestrum fueritis adepti constituo, me interim predicta omnia et singula que vobis / et dicto conventui seu etiam dicto monasterio et notario infrascripto recipienti nomine vestro et dicti conventus seu etiam dicti monasterii, et eius vel eorum quorum interest vel intererit seu interesse potest aut poterit, vendo tenere et possidere, pro vobis et nomine vestro et dicti conventus seu etiam dic-/18 ti monasterii. Et ex causa dicte vendicionis, dono et cedo vobis et vestris perpetuo et dicto conventui seu etiam dicto monasterio et notario infrascripto recipienti, nomine vestro, et dicti conventus seu etiam dicti monasterii et eius vel eorum quorum interest vel intererit seu interesse potest aut poterit, omnia / iura et omnes acciones que michi competunt aut debent vel possunt competere, in predictis omnibus singulis que vobis vendo ut dictum est, ex causis predictis et aliis cuibuscumque. Quibus iuribus et accionibus meis predictis, possitis vos et vestri et dictus conventus et quos volueritis, predicta omnia et singula que / vobis et dicto conventui seu etiam dicto monasterio, vendo ut dictum est ut (...)iagere^a et experiri, in iudicio et extra iudicium, in curia et extra curiam. Et predicta omnia et singula, que vobis et dicto conventui seu etiam dicto monasterio vendo, deffendere et (tenere) contra quascumque personas, in predictis omnibus et /21 singulis, que vobis et dicti conventui seu etiam dicto monasterio vendo querimoniam proponentes, seu molestiam aliquam inferentes, quem ad modum ego possem ante huius modi vendicionem et iurium cessionem.

Ego enim facio et constituo inde vos et dictum conventum seu etiam dictum monasterium, dominam et procuratricem / ut in rem vestram propriam ad faciendam inde omnem vestram voluntatem. Pro hac autem vendicione, confiteor et recognosco habuisse et recepisse a vobis .Quatuor Mille et Octingentos. solidos monete Barchinone de terno, ad racionem, videlicet .Ducentorum Quadraginta. solidos dicte monete, pro quolibet morabetinos. Quod pre-/cium extimatum est verum et iustum precio ipsius vendicionis. In quibus, renuncio exceptioni non numerate

a. Illegible 3 lletres.

peccunie et non recepte, et legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur, et omni alii iuri rationi et consuetudini contra hoc repugnantibus. Dando et remitendo vobis et vestris perpetuo et dicto conventui seu etiam dicto /24 monasterio et notario infrascripto recipienti, nomine vestro, et dicti conventus seu etiam dicti monasterii, siquid predicta omnia et singula, que vobis et dicto conventui seu etiam dicto monasterio ut dictum est, vendo plus modo valeat vel possunt valere precio antedicto. Promito (...) ^b notario infrascripto / stipulanti nomine vestro et dicti conventus seu etiam dicti monasterii, et eius vel eorum quorum interest vel intererit, que faciam vos et vestros et dictum conventum et quos volueritis, predicta omnia et singula, que vobis et dicto conventui seu etiam dicto monasterio ut dictum est vendo, habere, tenere et possidere in pace perpetuo (...) ^c / personas et inde vobis et vestris semper de firma legali evictione, teneri promito. Promitto etiam, vobis et dicto conventui seu etiam dicto monasterio et notario infrascripto, stipulanti nomine vestro et dicti conventus seu etiam dicti monasterii, et eius vel eorum quorum interest vel intererit, que de predictis que vobis et dicto conven-/27 tui seu etiam dicto monasterio vendidi non feci alicui persone vendicionem vel donacionem vel aliquem alium contractum propter, quem presens vendicio impediatur vel impediri possit vel eidem in aliquo derogetur. Ad questionem vero seu questiones si qua vel si que mote fuerint, vobis vel dicto conventui in totum, / scilicet, vel in partem. Promito et convenio vobis dicte domine Marchesie, abbatisse et conventui predicto et notario infrascripto, stipulanti nomine vestro et dicti conventus seu etiam dicti monasterii, que incontinenti amonicione vestri et dicti conventus seu etiam dicti monasterii vel vestrorum, recepta suscipiam in me bonus littigii et agam / et ducam ipsas causas meis propriis expensis, a principio usque ad finem, et vos et dictus conventus si volueritis possitis ipsas causas agere et ducere per vos ipsos et hoc sit in electione vestri et dicti conventus, ego enim, remitto vobis et vestris et dicto conventui seu etiam dicto monasterio ex pacto

b. Doblec del pergami falten unes 22 lletres.

c. Doblec del pergami, falten unes 10 lletres.

necessitatem denun- /30 cionis. Et sive vos aut dictus conventus aut vestri, duxeritis ipsas causas sive ego aut mei duxerimus easdem in omni cause, promitto et convenio vobis et dicto conventui seu etiam dicto monasterio et notario infrascripto, stipulanti nomine vestro, et dicti conventus seu etiam dicti monasterii, que solvan et restituam vobis / si quas missiones dapnam vel interesse oportuerit vos seu dictum conventum, facere vel sustinere pro predicto vel ratione predictorum in evincendo hec vel causam eviccionis examinando. Et quicquid et quantum a vobis vel vestris et dicto conventum seu etiam dicto monasterio evictum fuerit sive obtineatis in causam seu causas / sive subcumbatis. Et credatur vobis et vestris et dicto conventui super predictis missionibus dapnis et interesse plano et simplici verbo vestro et vestrorum et dicti conventus, nullo alio probacionis genere requisito.

Et pro predicto complendis et firmiter attendendis, obligo vobis et vestris et dicto conventui seu etiam /33 dicto monasterio et notario infrascripto, recipienti nomine vestro, et dicti conventus seu etiam dicti monasterii et eius vel eorum quorum interest vel intererit, omnia bona mea mobilia et immobilia, habita et habenda. Renunciatis quantum ad hec beneficio velleiani, senatus consulti et omni alii iuri rationi et consuetudini, / contra hec repugnantibus. Et ad maiorem cautelam, iuro in anima mea, per Deum et eius Sancta quatuor Evangelia, manibus meis corporaliter tacta, predicta omnia et singula, attendere et complere et inviolabiliter observare et numquam contravenire aliquo iure causa vel ratione.

Actum est hoc unde- /cimo kalendas augusti, anno Domini Millesimo Trescentesimo undecimo.

Sig+num Sclareunde, uxoris Guillermi Monetarii quondam, predictae que hec laudo concedo firmo et iuro.

/36 Testes huius rei sunt: Petrus de Gravalosa, iurisperitus. Guillermus Galcerandi et Anticus Sabaterii.

/ Sig+num^d Jacobi de Letenali, notarii publici Barchinone
et per totam terram et iurisdicionem domini regis Aragone, qui
hoc scribi fecit et clausit, die et anno prefixe.

d. Signe autografat i decorat.

1311, agost 2. Barcelona

En presència de l'antic Sabater, escriptor jurat de Jaume Letenal, notari públic de Barcelona i testimonis especialment cridats i pregats i del procurador de Esclarmonda, vídua de Guillem de Moneder, i amb instrument fet en data 28 juliol 1311, incorpora i tramet a Pere Gravalosa, procurador de Marquesa, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, al convent i a Cecília de Cartellà sots-piora, Na Timbors de Portella, monges del dit monestir, la possessió de cada un dels censos, i tots els drets de domini, fadiga que rebia Esclarmonda, vídua de Guillem de Moneder, sobre cadascuna de les peces de terra, orcs o trilles en el suburbi de Barcelona, al costat de mas dit d'en Monader. El total suma 21 morabetins. Situat a la ciutat de Barcelona, entre Sarrià i Finestrelles, en el límit del terme d'Esplugues de Llobregat.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 1. Perg. 620/395. Trencat a la part esquerra de baix. Molt fluix. En el revers indica: "Procurador Sclarmunde uxori Guillermi Monetari quod missit procuratore abbatisse Vallis Laure in possessionem quarundam terrarum in suburbio Barchinone iuxta tenendones mansi den Moneder".

Noverint universis quod die lune, que fuit quarto nonas augusti, anno Domini Millessimo Trecentesimo undecimo, in presencia mei antici Sabaterii, scriptoris iurati sub Jacobo de Letenali, notario publico Barchinone, et in presencia etiam Fferrarii Bernardi, Ffrancisci de Guardiola et Jacobi Ortolani testium, ad hoc specialieter vo-/catorum et rogatorum, Bonus iuda granis, iudeus Barchinone, procurator ad infrascripta constitutus a domina Sclarmunda, uxore Guillermi Monetarii quondam, cum instrumento confecto auctoritate notarii infrascripti, quinto kalendas augusti anno predicto, induxit seu immisit nomine procuratoris predicto, Petrum de Gra-/3 valosa, iureperitum, procuratorem religiose domine Marchesie de Guardia,

Dei gratia abbatisse monasterii Sancte Marie Vallis Laure, diocesis Urgellen, et conventus eiusdem, et Cilie de Cartayano, subpriorisse eiusdem monasterii et Natimbors de Portella, monacharum dicti monasterii Sancte Marie / Vallis Laure, cum instrumento confecto auctoritate notarii infrascripti, quinto kalendas augusti anno predicto in possessionem. Quorundam morabetinorum censualium et totius iuris dominii, fatice et iurium et pertinentiarum ipsorum, que dicta domina Sclarmunda, uxor Guillermi Monetarii quondam, habe-/bat et percipiebat et habere et percipere debebat per liberum et franchum alodium, super quibusdam peciis terre, ortis sive trileis, quas diversi emphiteote infrascripti pro dicta domina Sclarmunda, uxore Guillermi Monetarii quondam, tenebant et sub dominio /6 et alodio ipsius domine Sclarmunde, uxoris Guillermi Monetarii quondam, in suburbio Barchinone iuxta tenedones mansi vocati den Monader. Quem siquidem censualia et totum ius dominium et laudimia, dicte domine Sclarmunde spectabat ex successione dicti Guiller-/mi Monetarii quondam, mariti sui.

De quo siquidem censuali que est in sumam .Viginti. morabetinorum, prestant et prestare tenentur heredes den Gaya quondam, pro quadam pecia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro dicta domina Sclarmunda, tenebant quoli-/bet anno in festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti, .tres. morabetinos. Et Sibilia, uxor Arnaldi Martini quondam, pro quadam pecia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro dicta dominam Sclarmunda, tenebat quolibet anno in festo sanctorum Petri et Fe-/9 licis mensis augusti, .duos. morabetinos. Et Berengaria, uxor Petri Manaschalis quondam, pro quadam pecia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro dicta domina Sclarmunda, tenebat quolibet anno in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti, .duos. morabetinos. Et Bo-/naichuench, uxor Guillermi Magrarenii, pro quadam pecia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro dicta domina Sclarmunda, tenebat quolibet anno in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti, .unum. morabetinum et medium. Et Guillermus Boschs, pro quadam pecia terre cum / tiris ibi plantatis, quam pro dicta domina Sclarmunda, tenebat quolibet anno in dicto festo sanctorum Petri

et Felicis mensis augusti, .duos. morabetinos et medium. Et Petrus de Podio Alto, clericus, pro quadam pecia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro dicta domina /12 Sclarmunda, tenebat quolibet anno in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti, .duos. morabetinos. Et Bernardus de Solano, pro quadam pecia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro dicta domina Sclarmunda, tenebat quolibet anno in dicto festo Sanctorum / Petri et Felicis mensis augusti, .duos. morabetinos. Et Bernardus Salavert, pro quadam pecia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro dicta domina Sclarmunda, tenebat quolibet anno in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti, .duos. morabetinos. / Et Raimundus Ferrarii, pro quadam pecia terre cum tiris ibi plantatis, quam pro dicta domina Sclarmunda, tenebat quolibet anno in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti, .duos. morabetinos. Et Petrus Stephani de Palaciolo Sutor, pro quadam pecia /15 terre cum tiris ibi plantatis, quam pro dicta domina Sclarmunda, tenebat quolibet anno in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti, .duos. morabetinos. Et que siquidem censualia que sunt in summa .Viginti. morabetinorum ut dictum est, cum toto iure dominio, fatica et / laudimia, et cum omnibus iuribus et pertinentiis ipsorum, dicta domina Sclarmunda, uxor dicti Guillermi Monetarii quondam, vendidit dicte religiose sorori domine Marchesie de Guardia, Dei gratia abbatisse dicti monasterii Sancte Marie Vallis Laure et conventui eiusdem seu etiam dicto monas-/terio et notario infrascripto, recipienti nomine dicti conventus seu etiam dicti monasterii et eius vel eorum quorum interest vel intererit per proprium, liberum et franchum alodium, pro precio .Quatuor Milium et Octingentorum. solidos monete Barchinone de terno, pro ut hec et alia in instrumento /18 vendicionis confecto auctoritate notari infrascripti, undecimo kalendas augusti anno predicto, lacius et plenius continentur.

In quam siquidem possessionem, dictus Bonus iuda, granis, nomine procuratorio predicto, iuduxit seu immisit Petrum Gravalosa, iureperitum, procuratorem dicte religiose soro-/ris domine Marchesie de Guardia, Dei gratia abbatisse monasterii Sancte Marie Vallis Laure et conventus eiusdem monasterii et

Cilie de Cartayano, subpriorisse dicti monasterii et Natimbors de Portella, monacharum dicti monasterii Sancte Marie Vallis Laure. In hunc modum, videlicet, quia immissit nomine procuratorio predicto, dictum Petrum de Gravalosa, procuratorem dicte domine Marchesie de Guardia, Dei gratia abbatisse dicti monasterii Sancte Marie Vallis Laure et conventus eiusdem monasterii Sancte Marie Vallis Laure, diocesis Urgellen, intus dictas pecias /21 terre, ortos sive trileas, et tradidit sibi de terra et de pampolis vitium, que ibi erant in signum tradite possessionis. Et Nichelominus dictus Bonus iuda, gram procurator dicte domine Sclarmunde, mandavit Matheo de Sigario Frenerio, tutori dictorum heredum den Gaya quondam, facienti pro / dictis heredibus in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti quolibet anno, .tres. morabetinos; et dicte Sibilie, uxor Arnaldi Marti quondam, facietis in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti quolibet anno, .duos. morabetinos. Et dicte Berengarie, uxori Petri Manascha-/lis quondam, facietis in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti quolibet anno, .duos. morabetinos. Et dicte Boneichevech, uxori Guillermi Magranerii facienti in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti quolibet anno, .unum. morabetinum et medium. Et dicto Guillermo /24 Bosch facienti in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti quolibet anno, .duos. morabetinos et medium. Et dicto Petro de Podio Alto, clerico, facienti in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti quolibet anno, .duos. morabetinos. Et dicto Bernardo de Solano, facienti in dicto / festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti quolibet anno, .duos. morabetinos. Et Eliessendi, uxori Bernardi Thomasii, facienti in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti quolibet anno, .duos. morabetinos. Et Agneti, uxori dicti Raimundi Ferrarii, facienti in dicto sanctorum / Petri et Felicis mensis augusti quolibet anno, .duos. morabetinos. Et dicto Petro Stephani de Palaciolo, facienti in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti quolibet anno, .duos. morabetinos, que de cetero respondeant, obediant et satisfaciant dicte religiose sorori domine Mar-/27 chesie de Guardia, Dei gratia abbatisse dicti monasterii Sancte Marie Vallis Laure et conventui dicti

monasterii Sancte Marie Vallis Laure, seu etiam dicto monasterio aut cui dicta religiosa sor domina Marchesia de Guardia, Dei gratia abatissa dicti monasterii Sancte Marie Vallis Laure / et conventus dicti monasterii voluerit, vel procuratori ipsius de predictis .Vigintis. morabetinis, et de toto iure dominio, fatica et laudimiis, sicut dicte domine Sclarmunde, uxori dicti Guillermi Monetarii quondam, antea respondere, obedire et satisfacere tenebantur. Et de predictis / omnibus et singulis, dictus Petrus de Gravalosa, procurator dicte religiose domine Marchesie de Guardia, Dei gratia abbatisse dicti monasterii Sancte Marie Vallis Laure, diocesis Urgellen, ad eternam rei memoriam mandavit sibi et dicte religiose sorori domine Marchesie de /30 Guardia, Dei gratia abbatisse dicte monasterii Sancte Marie Vallis Laure, et conventui dicti monasterii Sancte Marie Vallis Laure, seu etiam dicto monasterio Sancte Marie Vallis Laure, diocesis urgellensis, cuius procuratore erat fieri publicum instrumento per me scriptorem / predictum.

Que fuerunt acta, die et anno in prima linea scriptis presentibus testibus supradictis.

/ Sig+num^a Jacobi de Letonali, notario Barchinone predicti, qui hoc firmo.

/33 Sig+num^b mei Anticii Sabaterii, scriptoris iurati, sub Jacobo de Letenali, notario publico Barchinone, qui de mandato ipsius predictis, interfui et hec scripsi et clausi. Die et anno supra in prima linea scriptis.

a. Signa autografat i decorat.
b. Signa autografat i decorat.

1311, octubre 21. Lluçà
Marquesa, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, en concili i voluntat de tot el convent, lloa i concedeix a Guillem des Torrents i al seu fill Bernat, de la parròquia de Sant Sadurní de Rotgers, tota la batllia de Rotgers que abans tenia Bernat de Medirois i que, el dit Guillem li va comprar amb instrument fet pel notari de Berga, Bernat Pons. Situat al terme de Borredà, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n.2 Perg. 215/290. Molt mal conservat, amb taques d'humitat quasi illegible. En el vers indica : Acta de la venda, firmada lo batlle a la abadessa y convent ha Guillem de Torrent fet l'any 1311.

Notum cunctis quod nos domina Marchesia, Dei gracia abbatissa monasterii Vallis Laure, scienter et consulte per nos et omnes successores nostros (et de)^a consilio / et assensu nostri conventus, laudamus, concedimus, firmamus tibi Guillermo de Torrentibus et filio tuo Bernardo, de parrochia Sancti Saturnini de Rotgeris /3 et vestris et cui volueritis imperpetuum totam illam bauliam (de)^b Rotgers, quam Bernardus de Madirolis tenebat et habebat pro nobis et nosatri monasterio in / dicta parrochia de Rotgers, in quam tu, dictus Guillelmus, emisit de ipso Bernardo de Madiroles et ab Agnete, uxore eius, cum publico instrumento inde / facto in scribania ville Berge, per Bernardum de Pontibus, notarium eiusdem, die idus december anno Domini Millessimo CC° LC septimo, unde laudantes /6 et approbantes dictam vendicionem ac eam in hoc presenti publico instrumento penitus eius iura vobis et vestris et cui volueritis

a. Borrós, interpretem.

b. Tacat, interpretem.

con-/cedimus et firmamus. Tali pacto adiecto pro vos et vestris semper nostram bauliam teneatis, possideatis et regatis bene et fideliter et ad servicia et fideli-/tate nostri et successorum nostrorum et monasterii antedicto (...) ^c pro numquam vos vel vestri positus in en ponere vel substi(tuire) ^d, alineare, agenciare vel sub-/9 baieiam perpetuum ad ipsam bauliam Rotgers nex adiuri nostram petendam vel confregadam nec evade bailiam vendere reque-/rendo, alienare alicui vel aliquibus personis maioribus vel pro omnibus vobis nec etiam alicui alio sine licencia et voluntate expressi nostri / vel nostrorum successorum. Et pro non habeatis nec percipiatis vos vel vestri in quam baiulis vel pro ea nisi retrodecimum soleam. Id habeatis et /12 percipeatis obtinere vos et vestri ad undecimam partem sive ad undeciman mensuram tam de blado, uno carnibus, gallinis et de altris / quam de quibuscumque aliis redditibus et proventibus ac iuribus nostris exceptis tam alberguis quas habeatis et percipiatis pro ut eas baiulius antierius re-/cipe consuevit. Mandantes p̄mnibus hominibus et feminis predictarum parrochie et baylie presentibus et futuris in hiis predicti publico instrumento contra ad hec /15 (...) ^e gerenti pro decetero vobis et vestris (dare), tradere et (persolverer) dictos nostros (...) ^f et proventus et pro ipsos / (...) ^g dare, tradere tenerentur et vos ac vestros habeant pro baiulius nostris in dicto loco de Rotgers, et vobis ac in / omnibus redditus et proventibus ac universis iuribus nostris tam quam nostro baiulo (...iant) ^h et obediunt ac etiam de omni iuro baiulum con-/18 suetu predicto Bernardo de Madiroles olim baiulo nostro ante predictam vendicionam, dare. tradere et persolvere teneantur omni / singula supradicta ac de eiusdem etiam respondere. Pro concessione autem et firma predictis, recognoscimus recipere a vobis. Centum viginti et quinque solidos Barchino-/nensis de terno. Renunciantes excepcioni non numerate peccunie et doli et omni iure consuetudinis quibus

c. Borrós.

d. Borrós, interpretem.

e. Borrós dues paraules.

f. Borrós i illegible gran part de la línia 15.

g. Borrós dues paraules inicis línia.

h. Borrós una paraula.

contra dicta venire posemus aliquid et contra /21 ad res nos dictis Guillermus de Torrentibus et Bernardus filius eius recipimus a vobis dictam dominam abbatissam concessionem et firmam predictas, / promittimus per nos et nostros et sub fide et omagio in quibus nobis tenemus ecce de dicta baiulia vobis et vestris successoribus de dicto monasterio boni fidelis et legalis / et regere ipsam baiuliam ac omni iura vestra et dicti monasterii in sua baiulia petere, requirere, tolligere et congregare bene et fideliter /24 pro me (habimus), requerimus vel percipiremus in ea vel pro ea in tantem et cum retrodecim et alberguas / et alberga predicta pro ut per vos superius et (sta..) ⁱ. Renunciantes omni ius et consuetudinis quibus nec predictam venem possemus vel in digno adiuvari.

Actum est hoc XII kalendas novembris / anno Domini M^o CCC^o XI^o.

Sig+num (Marchesie) ^j dicte domine abbatisse, qui hoc firmamus et laudamus. Sig+na domina Sanxe /27 de Vilamur, priorisse. Esperte Paschala, cantoris. Guillerme de Sau. Esclarmunde de Vilalonga. Alamanda Alaman. Sancie de Vilanova. Si-/bilie de Castluz. Timbors de Portella. Sanxe de Fabrega. Marie de Ver(...) et Eliesendis de Prixana, monialium dicti monasterii, qui hoc / firmant et laudant. Sig+na dictorum Guillermi de Torrentibus et Bernardi filii eius, qui hoc firmant.

Testes huius rei sunt, Guillermus de ecclesia, /30 clericus de Rotgers, Guillermus et Bernardus dez Prat, Berengarius et Raimundus Collo.

/ Sig+num ^k Bernardi de Serra, notari publici de Luciano, qui hoc scripsit et clausit, die et anno prefixe.

i. Borrós illegible.

j. Borrós, interpretem.

k. Signe autografat i decorat.

1311, novembre 23 i 25. Berga
Acte d'enfrontament i acusació entre el monestir de Santa Maria de Valldaura i el sots-vicari de Berga i Berguedà, pel control de la dominació i el mer i mixt imperi del lloc de Rotgers. L'acte es fa en presència del notari i testimonis especialment cridats per Sança de Vilamur, priora, i davant de Guillem de Padrinyà, sots-vicari de Berga i Berguedà. Situat al terme de Borredà, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 1bis. Perg. 265/550. Tacat part dreta. A baix trencat i borrós.

Ed.: RIU, *Documents del Archivo Histórico Nacional de Madrid, referents a monestirs i canòniques del bisbat d'Urgell (segles XII-XV), doc. 7, Urgellia n°10.*

Noverint universi quod in presencia nostri notarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, die et anno inferius scriptis, domina Sanxia / de Vilamur, priorissa monasterii Valle Laure, constituta personaliter ante presencia Guillermi de Padrinyano, subvicario domini regis in Berga et /3 Berguitano, dixit et proposuit nomine monasterii supradicti et nomine abbatisse ipsius monasterii et conventus eiusdem, coram dicto subvicario quod locus / de Rotgers est dicti monasterii alodium franchum, et dictum monasterium et dicta domina abbatisa et conventus dicti monasterii, habent omnimodam domi-/natione et merum et mixtum imperium et omnem iurisdictionem in dicto loco de Rotgers et in toto termino eius et in hominibus et feminis in ibi /6 degentibus, maxime ubi causa sanguinis non agitur, sicut predicta omnia melius et plenius habuerunt domini de Mataplana qui dicto monasterio et con-/ventui suo omnia predicta vendiderunt pro libero et francho

alodio, de quibus omnibus supradictus abbatisse ipsius monasterii, qui pro tempore fuerunt / et etiam domini de Mataplana usi sunt in dicto loco de Rotgers tanto tempore quod, memoria hominum in contrarium non existit, nec unquam /9 vicarius vel aliquis officialis domini regis intravit dictum locum de Rotgers pro querimonis, faticis, pignoracionibus, sive exequucionibus aut alia / quacumque occasione, causa sui officii, nisi quod a modico tempore circa, Jacobus de Casanova intrare temptavit contra usum predictum et / contra constitutiones domini regis Petri, recolende memorie, quod etiam dictus Guillermus de Padrinyano nititur atemptare contra libertates /12 et franchitates dicti monasterii et privilegia ipsius et contra usum et observanciam supradictam, cum ceperit dictus subvicarius et captos teneat / aliquos homines dicti loci, videlicet: Guillermum dez Vilar, Jacobum de Comelles, Petrum de Ecclesia, Guillermum de Sorribes, occasione quia asserit dictus subvicarius quod supra /14 dicti homines monopolium fecerunt quod tamen, salva eius gratia, verum non est. Et etiam quia dicti homines puniti fuerunt per dictam dominam abba-/15 tissam de quodam illicito iuramento quod fecerant, de quo dictus subvicarius ipsos homines iterum punire intendit quod, salva eius gratia, esset / contra iura quia delicta unius hominis sepius querendum non est, maxime cum punicio de predictis non expectat ad dictum subvicarium set / ad dictam dominam abatissam ut superius est iam dictum. Unde cum dictus dominus rex P. fecerit constitutiones in celebri curia barchinonense /18 que confirmate fuerunt per dominum Jacobum nunc regnatem in hac ultima curia barchinonense. In quibus quidem constitutionibus cavetur quod dominus / rex restituit possessionem vel quasi in locis meri imperii ecclesiis et aliis religiosis et personis ecclesiasticis et baronibus et quibusdam aliis qui ipsi / ab antiquo usi fuerunt, vel quasi in locis eorum et quod ipsos vel aliquis eorum non spoliabit possessione vel quasi ipsius meri imperii sine cause /21 cognitione. Restituit etiam omnibus supradictis personis et locis mixtum imperium et iuredictionem, sicut antecessores eorum ab antiquo tenuerunt, / et quod super predictis eos non molestaret vel permetteret molestari. Et in confirmatione predicta continentur, quod si in aliquo per

dominum regem vel / officiales suos in ipsis capitulis vel in eorum altero, esse factum contra a tempore circa quo dicta capitula fuerit facta vel de cetero fieret contra ipsa, quod id totum sit /24 pro revocato et pto non facto. Quare dicta domina priorissa nomine dicti monasterii et dicte domine abbatisse requisivit dictum subvicarium, quod dictam dominam / et conventum ipsius vel ipsum monasterium non molestet in predictis vel molestari faciat seu permitet, quominus dicta domina abbatissa possit uti / in dicto loco de Rotgers merus et mixto imperio et omni moda iuredicctione in personis hic habitantibus et comitentibus in dicto loco, et quod ipse subvicarius non /27 intret amodo dictum locum de Rotgers circa officii sui et quod illud quod male, salva eius gratia, fecit revocet absolvendo homines memoratos, et quod dein-/ceps de predictis se non intromitat aliquin gravaret dictum monasterium et dictam dominam abbatissam et conventum ipsius manifeste. A quo gravamine / illato cominato seu etiam inferendo dicta domina priorissa nomine et vice ipsius domine abbatisse et conventus et monasterii premissorum nunc ut ex tunc /30 et tunc ut ex nunc appellavit in hiis scriptis ad illustrissimum dominum regem vel ad inclitum nichilum procuratorem eius Cathalonia vel ad illum ad quem debeat / appellare. Ponens se et dictum monasterium et ipsam dominam abbatissam et bona eorum et dictum locum de Rotgers sub proteccionem speciali et deffenssione / et custodia domini regis speciali, inibendo dicto subvicario virtute appellationis presentis, quod contra prescriptam appellationem in aliquo non atemptet, /33 petens nomine quo supra, ex nunc ut ex tunc et tunc ut ex nunc cum instancia quamta pre apelos sibe concedi et tradi. De quibus omnibus supradictis, dicta / domina priorissa mandavit sibe fieri hoc publicum instrumentum .

Quod est actum IX kalendas decembres, anno Domini Millesimo CCC° XI, presentibus testibus Bernardo / Tapia, Raimundo Guilaberti, Berengario de Guarnerio, Arnaldo de Brecons, Jacobo Spitale presbitero, Jacobo Castelli et pluribus aliis.

/36 Quibus respondit dictus subvicarius et dicit quod,

dictus locus de Rotgers, non est alodium dicti monasterii Valle Laure, nec etiam unquam fuit, nec est ipsius monasterii vel abbatissa et conventus eiusdem monasterii que et qui pro tempore ibi fuerunt tenuerunt nec etiam habuerunt ab antiquo dictum locum Rotgers / pro alodio et francho, nec in ipso loco nec in hominibus seu feminis ibidem tempore preterito seu etiam nunc habitantibus haberunt unquam omni modam dominacionem /39 nec merum imperium neque mixtum nec etiam dominus de Mataplana, a quo ut asserit predicta domina priorissa, dictum monasterium habet locum in dicto loco de Rotgers, habuit / unquam predictum locum sive tenuit pro libero et francho alodio. Dicit etiam ipse subvicarius quod, vicarii et subvicarii predecessores eiusdem in ipso officio, intrarunt et con-/sueverunt predictum locum de Rotgers racione officii sui pro querimoniis, faticis, pignorationibus sive exequucionibus faciendis in ipso loco aut quacumque alia racione, tempore /42 quo illustrissimus dominus Jacobus Rex Aragone, bone memorie vivebat et etiam a tanto tempore circa a quo non estat memoria hominum in contrarium. Et sic non predici / nec etiam est verum, salvo honore predictae domine priorisse, quod ipse subvicarius proprio ausu temerario attemptaverit contra aliquas libertates et franquitates predicti monasterii Vallis Laure, / nec contra privilegia ipsius monasterii, nec etiam contra usum et observantiam quo et qua ipsa domina priorissa et abbatissa ipso monasterio pro tempore fuerint sicut use, eo quia ipse subvicarius /45 citavit et ad ipsum venire fecit aliquos homines predicti loci de Rotgers, videlicet: Guillermus dez Vilar, Jacobus de Comelle, P. de Ecclesia, G. de Sorribes, pro eo quia de-/ nunciatum fuit sibi et dictum quod ipsi comiserant quedam gravia crimina seu quosdam graves excessus. Volens super ipsis criminibus seu excessibus, recipere confessionem / cuilibet eorumdem, ex quibus nulla fiat iniuria dicte domine priorisse, nec etiam monasterio prenominato per dictum subvicarium eo quod intendit procedere et procedit ut contra predictos homines /48 racione dictorum criminum seu excessum, cum illud iuste et de iure facere possit et nemini facit iniuriam qui utitur iure suo, nec etiam contradicunt in aliquo supradicis id quod / dicitur per ipsam dominam priorissam, videlicet quod dicti homines sunt puniti per dictam

dominam abbatissam et quod delicto unius hominis sepius non est querendum, nam si forsam dicti / homines fuerunt puniti per ipsam dominam abbatissam, illud pro non facto haberi debet, tanquam factum ab ipsa domina abbatissa ad quam non expectabat, nec etiam nunc spectat /51 cognicio seu punicio ipsorum criminum seu excessus, nam quod factum est a non suo iudice quod non facto haberi debet. Et sic ipse subvicarius nunc de novo potest de ipsis / criminibus cognoscere seu excessibus et etiam punire ipsos homines non obstante predictam punctionem factam per ipsam dominam abbatissam que nulla est ipso iure. Et sic ex / causis predictis apparet, quod dicta domina priorissa nec ipsa domina abbatissa, in aliqua non fuerunt nec etiam sunt gravate per ipsum subvicarium, et quod dicta appellacio emissa /54 per ipsam dominam priorissam est manifeste frustatoria et in annis et sic non est defferendum eidem, nec etiam dictus subvicarius admitit eam causis et racionibus supra-/dictis. Que predicta petiit dictus subvicarius inseri in hoc instrumento.

Quod est actum VII^o kalendas decembres, anno Domini Millesimo CCC^o undecimo. / Presentibus testibus Arnaldo de Brecons et Arnaldo de Boscho.

/57 Ad que resppondit dicta domina priorissa et negavit illa que dictus subvicarius aservit contra eam esse vera. Et dicit quod est parata probare omnia illa que ipsa / priorissa asservit esse vera sub examine iudicis competentis et petit iterum, cum instancia apelos sibi concedi et tradi.

/ Et dictus subvicarius repetit omnia et singula supradicta responsa dicta et allegata et preposita per eundem, et negavit omnia superius dicta et preposita et allegata /60 per dictam dominam priorissam. Et si forsam ipse subvicarius habet aliqua probare de responsis dictis propositis allegatis superius, per ipsum est paratus ea probare suo / loco et tempore oportunis coram iudice competenti et est paratus dicte domine priorisse concedere et tradere (...) apelos negativos. Que petiit dictus subvicarius / inseri in hoc instrumento.

/63 Et dicta domina priorissa petiit sibi (dari)^a et concedi dictos apelos.

/ Et dictus subvicarius dixit quod erat paratus (tradere)^b dicte domine priorisse dictos apelos negativos.

/ Et dicta domina priorissa dixit quod erat parata eos (re)cipere^c.

Quod est actum die et anno predictis, presentibus testibus supradictis.

/66 Bernardus de Pontibus, notarius publicus Ber(g)e^d, hoc scribi fecit et clausit hoc suo Sig+no^e.

a. Trencat, interpretem.
b. Trencat, interpretem.
c. Trencat, interpretem.
d. Trencat, interpretem.
e. Signe autografat i decorat.

1312, gener 31. Lleida

Trasllat fet 1341. Bernat Maçana de Solanelles, i el seu fill, i la muller d'aquest, habitants de Lleida, venen un tros de terra situada en el terme del castell de Puigdemàger, en el lloc dit "Canetis", a Bartomeu Ferran, ara habitant en el terme des castell, que tenen per "domna" Raimundeta de Podiolo, comorant en el monestir de Santa Maria de Valldaura, que rep la quarta part de les collites. El preu és de 30 sous. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 3. Perg. 380/295. Mal conservat. Borrós i trencat a la banda de dalt esquerra, molt arrugat tota la banda, fent-lo il·legible. Còpia en abstracte.

Hoc est translatum fideliter scriptum a quondam instrumento quartodecimo kalendas marcii, anno a Nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo primo, cuius tenor sequitur in hunc modum. / Sit omnium notum quod ego Bernardus Maçana de Solanellis, et (Tomeis)^a filius meus, Celia uxor dicte Tomeis, nove habitatores in civitate Ilerden, per nos nostros presentes atque futuros, vendi-/3(mus)(...)^b Bartholomei Ferrandi, nunc habitatori in termino castris de robacione et vestris infra et quoddam trocium terre nostrum quod habeamus et teneamus, posedemus in termino castris de Podio Mager, in loco voca-/to (...)^c et Canetis, per domina Raimundeta de Podiolo comorante in monasterio Vallis Laure, que Raumundeta accipit quartam partem omni expletorum. Affrontat autem dictum trocium / terre, in una parte cum honore Guillermi Mercerii, de secunda un honore de

a. Borrós, interpretem.

b. Borrós, interpretem en part.

h. Borrós una paraula.

c. Borrós una paraula.

Petri de Podio de Mager, et de tertia parte cum honore Raimundi Viner, et quarta nove parte in honore Guillermi domini Agremunt, quod redictum /6 trocium terre, pro ut affrontatur et terminatur ab omnibus suis partibus, cum introitibus et exitibus eiusdem, et cum omnibus melioramentis factis, et faciendis et etiam cum omnibus iuribus (vestris ne sicut) et singulis / (...) ^d de dictum trocium terre pertinentibus vel pertinere deventibus pro ut ipsum (...) ^e nos melius habemus et tenemus et possidemus sic cum vobis dicto Bartholomeo, et uxoris, perpetuo vendimus salvo iure et dominio / dicte domine in omnibus pro precio .Triginta. solidarum Barchinone terni, nobis quitiorum tercio dicte domine, quos omnis a vobis habuimus et recepimus, et bene nostri paccati sumus nostre voluntati, itemque, renun-/9 ciamus omni excepcioni peccunie, non habite et non recepti et doli. Et si hoc venditio plus predicto precio modo valet vel fuerit inposterium valitura, totum illud plus nove dicto emptori et vestris / (...) ^f sicut damus et remitimus imperpetuo. Renunciantes specialiter illi legi que subvenit deceptis ius venditione ultri dimidium iusti precii, et cum hoc presente publico instrumento perpetuo valituro, mitimus de presenti / predicte precio bono, vos incorporalem possessionem et perpetuam tenedonem ad habendum tenendum et possidendum, dandum, vendendum et alienandum et ad faciendum eo et in de omnis nostras nostrorumque /12 (...tates) ^g perpetue faciendas simul omni nostro nostrorumque vinculo in retentu, quod dictum trocium terre, cum omnibus in se habentibus promitimus vobis dicto Bartholomeu, nostris fide tenere, habere et in pace / possidere contra cunctas personas in perpetuum. Et de eviccione et legaliter guiretiam in specialiter, quam generaliter, obligamus inde vobis atque nostrum in solidum nos et omnia boni mea mobilia et in-/mobilia, habita et habenda utrique necnon alter manu pro altero in hoc valeat excusari vel differri nove constitutioni et beneficio dividende, accionis ac omnis alii legi et iuribus quibus contra predicta /15 possemus nos in aliquis iuravi peccitus. Renunciamus et ego Sperta predicta Cilia, cerciorata de iure meo per notarium

d. Borrós una paraula.

e. Borrós

f. Borrós.

g. Borrós una part de la paraula.

infrascriptum meo sponsalico ac potestati dici mariti mei et auxilio / senatus consulti et velleyani et iure ipothecarum meorum ac alii iuri pro me in hoc facienti omnia. Renuncio et iuro per Deum et Sancta quatuor Evangelia, manibus meas tacta, predicta omnia supra / dicta, rata et firma perpetuo habere, tenere et observare et non contravenire sine aliquo vel racione.

Actum est hoc II kalendas febreri, anno domini Millesimo CCC. duodecimo.

Sig+num Bartholomeum. /18 Sig+num Tomei, eius filii. Sig+num Cilie, uxor dicti Tomei, iurate predictorum, quo hoc facimus, concedimus, firmamus.

Testes huius rei sunt: Petrus Martini. Guillermus Ma- / rtini. Raimundus Teyllo et Raimundus Zabassa, clericus. Sig+num fratrum Guillermi de Cavallere, presbiteri comandatoris pro hospitaliis. Petri Moliner, de parrochia Sancti Laurenti Ile- / rde. Sig+num Maymoni Davall, presbiteri studentis Illerde. Sig+num Raimundi Ganell, manentis in Pratis et Segarra, testium firmarum concessionem Bernardi Maçana et Cilie /21 (...cram)^h et sacramenti ipsius Cilie, qui hoc firmavit et concesseravit, et ipsa Cilia iuravit, nono kalendas marcii anno predicto, in manu et posse mei Petri de Barchea, notarii publici Illerde, / que firma et gestionis ipsorum et sacramentum ipsius Cilie, recepi et hac scripsi manu propria ut mea habita notum et firma eorum clausi, cum punctis ut moris est hoc, Sig+naⁱ feci.

/ R. qui Sig+nun^j mei Jacobo de hospitalieri, pre scribi gerentis vices Petri de Minoris, rectore ecclesie Dolvan et notarii eius dictum in cuius posse et nomine domine Raymunde Podiole, per ma-/24 nens in monasterio Vallis Laure, hoc instrumentum firmavit et dici contenta in eodem, salvo iure meo et in omnia^k, kalendas marcii.

h. Borrós una part.

i. Signe autografat i decorat.

j. Signe autografat i decorat.

k. In omnia, interlineat.

Testius presentibus Petri Salvat, presbiter et Antoni de Toren et Petri, / donati dicti monasterii.

Actum est hoc anno ut supra. Ego Bernardus de Fonollosa, presbiter regens scribania de Pratis, pro sancte Jacobo Iordani, rectore et notarii publici loci eiusdem, qui hoc / scripsi, cum apposito in XII linea ubi dicitur, nos, et meum Sig+num^l possui et clausi, die et anno prefixe.

/27 Sig+num Berengarii Merceri, subvicaris de Pratis pro domino rege, qui huic translato a suo non originali abstracte et cum eodem legitime comprobato nostram prestamus, auctoritatem periter et decretum, et volumus que in iudicio / et extra ut suo originali fides plenaria ab omnibus haberet.

/ Sig+num^m mei Berengarii Rovira, regentis scribaniam ville de Pratis, pro fratre Francisco Vives, coaciutore perpetuo, rectore ecclesie dicte ville, ac notario publico eiusdem, qui hoc translatum a suo originali fideliter /30 abstractum et cum eodem legitime comprobatum, non viciatum nec in aliqua sui parte suspectum, autentizatumque per dictum subvicarium de Pratis, scribi feci, cum supra posito in XXV^a linea ubi dicitur, / ut, et in vicesima quarta linea ubi scribitur, in omnia, et in eadem linea ubi notatur, presbiter, et clausi, die et anno in prima linea, contentis presentibus testibus Berengarius de Riera et Bernardo Piquert.

l. Signe autografat i decorat.
m. Signe autografat i decorat.

1312, febrer 23. Seu

Raimon, visitador pastoral del bisbat d'Urgell, fa visita oficial al monestir de Santa Maria de Valldaura. El reben l'abadessa, priora i altres monges. Diuen que no s'escau, ja que elles no depenen del "archiepiscopum", segons privilegi Papal. Mostren el document i el visitador diu que no ho és, i que en "virtut de la santa obediència" i sota la pena d'excomunicació, dins el plaç de vuit dies, presentin el document verídic. Terme d'Olvan, comarca del Berguedà.

A. Arxiu Capitular de Vic. Llibre de Visites.
Calaix 31, Visites Urgell, vol.II p.16. Decanat de Berga.

Vallaura: Eadem die et anno, decanus Raymundus, visitator predicto, accessit ad mona-/sterium monialium de Vallaura, et in presencia domine abbatisse et priorisse et /3 aliorum monialium voluimus proceded ad officium visitationis exercendum, et dicta / domina abbatisa et^a priorissa, atque alies moniales proposuerunt, quod non debebant pro / archiepiscopum, seu pro aliquem alium visitari, cum essent privilegio Sumi Pontifice /6 premunite. Et in contienti ostenderunt dicto visitatori quodam instrumenta papalia in / quibus de excepcione dicti monasterii mencio non fiebat. Et ideo dictus visitator man-/davit dicte domine abbatisse priorisseque et (...) ^b ceteris aliis monilibus, in virtu-/9 te sancte obedencie, et sub penna etiam excommunicationis ut ad officium dicte visitationis / exercendum cum admitenter. Ita ut posset dictum monasterium et ipsas monia-/les visitare. Set proposuerunt que si dicta instrumenta pro eas ostensa non suficiebant /12 ad earum excepcionem comprobendam, habebant nichilominus quodam alia privilegia / afficiora que,

a. et, interlineat.

b. Illegible 4 lletres.

quo ad presens non habebant in pro intu ratione quarum ostensorum / intendebant se ex esse exceptas a iurisdictione ordinariorum et adicta /15 visitatione. Ideo rogaverunt dictum visitatorem, ad dicta privilegia ostenden-/da daret eis terminum competentem. Et etiam que a dicta visitatione cessaret / unde dictus visitator earum pecibus melanatus cessavit a dicta visitatione sub /18 tali modo et condicione que ut infra VIII^o dies continue sequentes et // proximi, ostendant privilegia pro eas allegata, venenrabili Galcerando Ça Costa, aut / eius locum tenenti in villa Berge. Ali non cessavit, nec cessat registrad visitatorem /21 et procuracionem sibe debitam racione visitationis. Et ultra dictum terminum cessarent / recipere ipsius visitationem et procuracionem (...)^c. Ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut / ex nunc, dictum monasterium subposuit ecclsiastico interdicto.

c. Illegible 4 llestres.

1314, agost 26. Berga

Sança de Vilamur, priora del monestir de Santa Maria de Valldaura, procuradora per concessió de l'abadessa, lloa aprova i confirma a Bartomeu de Eralta aquella adquisició que, el seu avi Joan de Mager i la seva àvia, van fer a Bernat de Vilar de Rotgers, en l'honor dels masos de Vila, d'"Insula" i de Font Gelada i del molí de vila, que tenien sota el domini del monestir de Santa Maria de Valldaura. Bartomeu, paga 25 sous de Barcelona. Situat al terme de Borredà, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 4. Perg.
313/220. Tinta molt fluixa. Trencat a la part d'abaix,
no afecta al text.

Sit notum cunctis quod nos domina Xanxia de Vilamuro, priorissa monasterii Sancte Marie Vallis Laure, regens et procurans dictum monasterium, ex concessione domine Marchesie, abbatisse eiusdem / monasterii et conventus eiusdem monasterii, excerta sciencia, per nos et dictam dominam abbatissam et conventum dicti monasterii, laudamus, approbamus et in omnibus et per omnia confirmamus tibi, Bar-/3 tholomeo de Eralta, de parrochia Sancti Vincentii de Castello de Alazen et tuis, perpetuo illam adquisicionem quam Iohannes Mageri quondam, avius tuus, et Arsendis uxor eius, avia tua, predecessores / tui fecerunt, a Bernardo de Vilario de Rotgers et Bernarda, uxori eius de illo honore quem habebant et tenebant de manso de Villa, et de Insola et de Fonte Gelata inferius, et de illo honore quem habebant / et tenebant ab molindinus de villa ex utraque parte et etiam, de toto illo honore que habebant apud Iunchar, iuxta caminus qui honoris tenentur et sunt subdominio nostro et dicti monasterii quantus /6 in instrumento dicte adquisicionis non contineatur, quod instrumentum fuit confirmi auctoritate Petri de Valle Curba, capellani de Villalata, pro ut melius et plenius

in instrumento dicte adquisicionis continetur et affirmantur / dicte terre hanc autem laudacionem, aprobacionem et confirmacionem, facimus tibi et tuis perpetuo sicut melius dici et intelligi potest, ad tuum tuorumque salvamentum et bonum intellectum. Salvo iure / et dominio nostro et dicti monasterii, et salva tascha expletorum crescencium in dictis terris quam ibi recipere debemus ut nobis constat per instrumentum nobis hostensum, que dominis Ugo de Mataplana, /9 tuis dominus dicti loci de Rotgers, concessit dictas terras ad tascham, possessoribus mansi de Vilario de Roigers, a quibus dicti tui predecessores adquisiverunt dictas terras. El salvo etiam / et retento nobis et dicti nostro monasterio, que tu et tui tenamini firmare et pro sequi ius posse nostro seu abbatisse dicti monasterii, pro dictis terris, et non aclametis alium dominum in dictis terris. Et / pro hac laudacione, aprobacione et confirmacione, accipimus a te .Viginti Quinque. solidos Barchinone de terno. Super quibus sumus a te bene paccate, et ideo renunciamus excepcioni peccunie non /12 recepte. Et sicquid plus nobis competit, totum tibi damus et remittimus. Renunciamus quantum ad hoc omni iuri racioni et consuetudini, quibus possemus contra predicta venire.

Actum / est hoc septimo kalendas september, anno Domini Millesimo Trescentesimo Quartodecimo.

Sig+num domine Sanxie de Vilamuro, priorisse predicte, que predicta laudamus et firmamus. / Sig+num Guillerme de Sau, subpriorisse. Sig+num Geralde ça Morera, sacristane. Sig+num Sibile ça Ribera, hospitalarie. Sig+num Sancie de Villanova, cellerarie. Sig+num Romie /15 de Alodio, pietanciarie. Sig+num Sancie de Fabrica, infirmarie. Sig+num Alamande de Sancto Privato, moniale, nos que predicta laudamus et firmamus.

/ Sig+num Guillermi de Vilario de Rotgers, qui in predictis consencio et ea laudo et firmo et servare promito et non contravenire. Sig+num Guillermi, filii dicti Guillermi de Vilario, qui predicta / laudo et firmo et servare promito et non contravenire.

/18 Testes huius rei sunt: Aprilis de Vilassau,
iureperitis. Matheus ça Sala de Borredano. Berengarius, clerici
et Guillermus de Prato, mercerius Berge.

/ Bernardus de Pontibus, notarius publicus Berge, hoc
scribi fecit clausit hoc suo Sig+num^a.

a. Signe autografat i decorat.

1315, octubre 6. Rotgers

Raimon Çavila, Guillem de Sorribes, Jaume Comelles, Guillem de Vilar, Pere Zesglea i Guillem de Torrens, tots del terme de Rotgers, homes propis, solius, quiets del monestir de Santa Maria de Valldaura i de la seva abadessa Cecília, a qui li concedeixen, cedeixen i donen totes les accions peticions civils, criminals, útils, directes, que els hi competen, contra Guillem de Padrinyà i Geroni, ambdos de la vila de Berga, en altre temps subvicaris de Berga i Berguedà, en nom del rei. Es queixen que els han perjudicat i robat sobre l'alou del lloc de Rotgers. I constitueixen a l'abadessa Cecília, senyora i procuradora de les seves coses. Situat al terme de Borredà, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 5. Perg. 495/182. Mal conservat. Falta un tros abaix a la dreta.

Universis presentis instrumentum publicum in perpetuis, pateat manifeste quod nos Raimundus Çavila et C(...) ^a et Guillemus de Sorribes ^b et Jacobus de Comelles et Guillemus de Vilar et Petrus Zesglea et Guillemus de Torrens, omnes de termino de Rotgers ac homines proprium, / solidii, quitis et (afocatus monasterio) ^c Sancte Marie Vallis Laure, et venerabilis domine Cilie, Dei gratia abbatisse eiusdem, per nos et omnes heredes et successores nostros, non inducti vi vel metu vel in aliquo circumventi, se pura et libera voluntate, concedimus, cedimus atque damus vobis /3 domine Cilie, abbatisse predictae, domine nostre, omnis acciones peticiones civilis, criminalis nostras nec non reales personales, utiles et directas, iura voces et acciones que nobis competunt et competere possunt et

a. Borrós illegible.

b. Guillemus de Sorribes, interlineat.

c. Borrós interpretem.

qua habemus et habere possumus aliqua ratione vel iure, contra Guillelmus de Padrina de / villa Berge et contra Garensium dicte ville, olim subvicarios Bergue et Berguitani pro domino rege et queliberet eorumdem ratione et pro quorumdam excessum per ipsos et ipsorum quelibet seu eorum nuncios ac que^d viciniarum nobis et cuilibet nostrum predictorum homini factorum et factarum / tempore quo ab eo predicti subvicarii et quilibet eorumdem officium subvicarie predictae agerebat, tenebat, administraebat predicto domino rege suis transactis temporibus in partibus supradictis, nec non quarundam extorsionum pignorantium nobis predictis hominibus in debite et in-/6 iuste factorum per predictos Guillelmi de Padrina et Garensium ac eorum nuncios officio predictae subvicarie eidem comisse ab humilitate et sub predicto licite illicita comi (...)^e in magnum damnum nostrum grande pro iudicio et appressione iurisdictionis et domini liberatis / et franquitate alodii dicti loci de Rotgers, Sancte Marie Vallis Laure et domine abbatisse predictae, extra civitatum in predicto termino de Rotgers iurisdictioni predicti subvicarii exercens, et quicquid ad nos predictos hominis pertinet et pertinere debet et potest occasione predictorum criminum et / excessum ut predictum est. Seu alias in iuste et indebite per predictos Guillelmi et Garensium (...)^f subvicarios contra nos perpetrarum contra personas eorumdem, nec non in omnibus bonis super omnibus mobilibus et in mobilibus, iuribus, actionibus et aliis universis. Rebus ratione, qualibet iure seu consuetudine, Guillelmi et Garensium predictorum totum vobis dicte domine abbatisse, nostre damus, concedimus et cedimus ut predictum, et nos homines vestri supradicti constituendo vos in predictos omnibus et singulis vobis per nos datis et concessis, dominam et procuratricem in rem vestram propriam ad habendum exhibendum / et omnia alia faciendam, que verus dominus potest facere de rem sua propria et que possitis per nos alium seu alios pro libito voluntatis, dictos Guillelmi et Garensium accusare contravenire civiliter et criminaliter, et contra eos agere pro predictis dictis excessibus coram inquisitoribus per dictum

d. que, interlineat.

e. Borrós illegible

f. Borrós idem.

nomine regis ad inquirendum / contra Guillermi et Garensum
officiales olim predictos post de positam administrationi
specialiter seu etiam gene(raliter)^g deputatis de male, et
contra iure et iniusticiam administratis debite extorsis et
exactis pignoratis tempore eorum administre seu eorum aliis
quibuscumque iudicibus ordinariis seu (etiam) /12 delegatis, et
de Catalonia iurare et prohibet aliud iuramentum subire et omnia
alia facere que verus domini pote facere nichil nobis vel nostris
seu eorum quolibet precius reservato set in vobis dicto domini
et vestris et quibus cumque volueritis omnibus actoribus
accusatoribus supradictis per nos vobis / dicte domine abbatisse
datis cessis et concessis in vobis et vestris et quibus
volueritis translatis penen et transfusis predictam siquidem
donatione et concessionem accionem et accusationum ac omnis
predictorum vobis dicte domine abbatisse, et quibus vobis
(facere) ut predictum, et facimus / gratis et ex certa sciencia
et promittimus vobis dicte nostre abbatisse predicte in presenti,
et tibi notario infrascripto stipulanti pro quolibet cuius
interest et interesse posse, ratum et firmis proprio
(...)(...)^h quicquid per vos actum procantum. Recepi (...)
infactum sui difi-/15 nitum et factum fuerit in premissis et de
premissis, obligando ad hoc nos et nostros et omnia bona nostra
presencia et futura it. Renunciamus omni iuri et racioni,
privilegio forsi et beneficio quibus contra predicta (...) ⁱ
possemus.

Actum est hoc II nonas octobris, anno / Domini Millesimo
CCC° Quindecimo.

Sig+num Raimundi Savila. Raimundi (Cerni). Guillermi de
Sorribes. Iacobi de Comeles. Guillermi de Vilario. Petri Zesglea
et Guillermi de Torrens, predictorum qui predictam donacioni et
concessionem / laudamus et item confirmamus.

Testes huius rei sunt: Raimundus de (Cenri). Arnaldus et

g. Tacat, interpretem.

h. Borrós illegible.

i. Idem.

Matheus de Podio.

Guillermus de ecclesie (Sant Sadurní)^k de Rotgers, et notario publico de Rotgers, qui hoc scripsit et clausit, et II^a linea /18 supra scripsit, et Guillermi de Sorribes, (...) ^l Sig+num apossit die et anno predicto.

^j. Borrós interpreten
k. Borros, illegible

1317, desembre 12.

Qüestió entre l'abadessa Cecília del monestir de Santa Maria de Valldaura i Pere Texelioni, beneficiari de la capella de Santa Anna.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n.6. Perg.
738/395. En molt mal estat.

1318, març 21. Girona

Ermesenda de Cartellà, "domna" d'Hostoles, reconeix haver rebut de la seva germana Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, aquells 10.000 sous corresponents a la part de la venda que va fer al monestir, en nom propi i dels marmessors del noble Guillem Gaucerà de Cartellà, el seu pare, ara mort; i com hereves de la seva mare Blanca d'Hostoles, 375 sous, rendals sobre la meitat i la meitat de la dècima de Sant Gregori, dita de Cartellà. Situat al terme de sant Gregori, comarca del Gironès.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 7. Perg.
310/345.

Sit omnibus notum quod nos Ermessendis de Cartiliano, domina de Hostolesio, recognoscimus vobis domine Celie, Dei gratia abbatisse monasterii Vallis Laure / sorori mei presenti, quod recepimus et habuimus a vobis, omnes illos .Decem Milia. solidos Barchinone de terno, quos nobis dare et solvere promisistis racione vendicionis /3 perpetue quam, dicto monasterio et vobis eius nomine, fecimus tam nomine proprio, quam nomine manumissores nobilis Guillermi Gaucerandi de Cartiliano quondam, patris / nostri, et tanquam heres domine matris nostre, per libero et francho alodio de .Trescentis et Septuaginta Quinque. solidos Barchinone de terno, rendalibus super / medietate, et de medietate decime de Sancto Gregorio, scilicet, super illa medietate que vocatur de Cartuliano, pro ut in instrumento ipsius vendicionis confeto /6 in posse notarii infrascripti VI° idus decembre, anno presenti lacius continetur. Quos .Decem Mille. solidos habuimus in hunc modum, scilicet, / ex quod recepimus inde, per manus vestras .Septem Mille. solidos. Item per manus Arnaldi de Montanyanis militis, .Mille. solidos, quos idem Arnaldus vobis / dare promiserat, et

tenebatur per elemosina racione cuiusdam puelle filie Arnaldi de Petris de Osorio, quam concessistis recipere in monialem /9 dicti monasterii, et vos mandastis ipsos .M. solidos per eundem Arnaldum nobis tradi. Item recepimus per manus eiusdem Arnaldi de Montanyanis / .Mille Centum et Septuaginta quinque. solidos, quos vobis mutuavit seu mutuare promisit, et quos de mandato vestro, nobis tradidit. Item re-/siduos .Octingentes et Viginti quinque. solidos, vobis retinuistis de voluntate nostra, per fructibus istius anni dicte medietatis decime de Sancto /12 Gregorio, et decime de suprarrochia, et censualis mansi de villa de Cartiliano, super quibus vobis partem vendidimus et partem donavimus / .Octingentos et Viginti quinque. solidos rendales, et nos tempore vendicionis et donacionis premissorum retinuimus nobis ex pacto quod fructus predictorum / nobis retinere possemus per .Octingentis et Viginti quinque. solidos, quos vobis daremus quolibet anno, pro ut in instrumento quod inter nos et vos de ipsa re-/15 tencione et pacto factum fuit in posse dicti notarii, die predicto lacius continetur. Et quia nos retinuimus nobis fructus predictorum istius anni. Ideo te-/nebamus vobis dare et solvere .Octingentos et Viginti quinque. solidos, quos vobis solvimus sub forma premissa, scilicet, que eos de voluntate nostra vobis / retinetis de precio supradicto, ut cedant vobis in solutum dictorum .D.CCC. viginti quinque. solidos, quos vobis debebamus per fructibus predictis huius anni, /18 quos nobis retinemus et nobis cedant in solutum precii dicte vendicionis, per nos ut promittitur vobis facere. Et ideo renunciando excepcioni peccunie non / numerate et non recepte et de predictis .X. Mille solidos, novibus quibus supra facimus vobis et succedentis vobis et dicto monasterio, bonum finem / et pactum de non petendo. Sine aliquo retentu. Quod precium convertimus et soluimus in iniuriis et debitis dicti nobilis Guillermi Gaucerandi /21 et predecessorum suorum.

Actum est hoc XII kalendas aprilis, anno Domini Millesimo Trecentesimo Octavodecimo.

Sig+num Ermessendis / de Cartuliano, domine predictae. Que hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt: A. de Montanyanis, miles. T. de Casellis, iureperitus Gerunde et Bartholomeus de Gerondella, rector ecclesie de Palmerola.

/Sig+num^a Guillermus de Querio, publicus notarius substitutus auctoritate regia, a Raimundo Simonis de Torlano, publico Gerunde notario, et hoc scribi feci et clausi.

a. Signe autografat i decorat.

1318, març 21. Girona

Ermesenda de Cartellà, senyora d'Hostoles, atenent en nom propi i en nom dels hereus de domna Blanca, nostra mare morta, i en nom de l'afranquidor de Guillem Gaucerà de Cartellà, nostre pare, mort que, reconeix el que havien venut al monestir de Santa Maria de Valldaura i de Cília abadessa del monestir, germana seva, comprant en nom del monestir per alou franc, lliure i perpetu, els treballs del blat. Donant unes rendes anuals, en advent i quaresma, 375 sous de Barcelona. Además, per remei de la seva ànima i dels seus parents predecessors, donen 450 sous rendals, pel vestuari del convent. Situat al terme de les Planes d'Hostoles, comarca de la Garrotxa i al terme de Sant Gregori, comarca del Gironès.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 8. Perg.
305/445. Tacat a la part esquerra de dalt.

Noverint universi quod nos Ermessendis de Cartuliano, domina de Hostolesio, attendentes nos tam nomine proprio quam ut heres domine Blanche de Hostolesio quondam, ma-/tris nostre, et etiam nomine manunissorio nobilis Guillermi Gaucerandi de Cartiliano quondam, patris nostri vendidisse monasterio Vallis Laure et domine Cecilie, Dei /3 gracia abbatisse dicti monasterii, sorori nostre, ementi nomine eiusdem monasterii perpetuo pro libero et francho alodio ad opus, scilicet, frumenti dandi annuatim / conventui dicti monasterii in adventu et in quadragesima, .Trescentos septuaginta et quinque. solidos Barchinone de terno, rendales annuatim perpetuo / per iam dictam abbatissam et per omnes succedentes ei in officio abbadie, percipendos, colligendos et habendos super medietate et de medietate decime et fruc-/6 tuum de parrochie de Sancto Gregorio et omnium aliorum parrochiarum et locorum ad dictam decimam pertinentium, scilicet, super illa medietate que vocatur de Car-/tiliano, pro ut publico in instrumento de ipsa vendicione

confeto in posse notario infrascripti, VI^o idus december, anno presenti lacius continetur. Attendentes etiam nos, ad honorem Dei et beate Marie et ob remedium anime nostre et animorum predecessorum nostrorum, obtulisse sponte et dedisse donacione inter vivos Deo /9 et monasterio predicto, et predicte domine abbatisse nomine ipsius monasterii perpetuo libero et francho alodio ad opus, scilicet, ut stranii conventus dicti / monasterii .Quadringentos quinquaginta. solidos Barchinone de terno, rendales per se predictam abbatissam et per succedentes ei in dicti officio abbatie / annuatim, et perpetuo percipendos et habendos, pro quibus assignabimus et tradidimus eidem res infrascriptas, sive valeant dictam quantitatem, sive plus /12 vel minus, scilicet, pro .Centum et quinquaginta. solidos, ex ipsis totam partem quam nos et dictus Guillermus Gaucerandi quondam, habebamus et percipiebamus in decima et expletis et fructibus decime parrochie de suprarrochia et omnium aliarum parrochiarum et locorum ad dictam decimam pertinentium. Et pro .Septingenta. solidos, quoddam censuale in instrumento dicte donacionis expressum, quod nos accipiebamus et dictus pater noster accipiebat in manso de villa Cartiliano. Et pro .Ducentis et triginta. solidos residuis, totum id quod superfuerit seu superaviter annuatim de dicta / medietate decime de Sancto Gregorio, deductis et traditis inde primitus sibi dictis .CCC LXXV. solidos, sibi ut primititur venditis pro ut in instrumento / de dicta donacione et assignacione confeto in posse notario infrascripti, die et anno prefixis, hanc et alia lacius continentur. Ex certa sciencia constituimus, /18 facimus et ordinamus certos et specialiter procuratores nostros, vos Arnaldum de Montayanis milites et Petrum baiuli scutifferum nostrum et / qualibet vestrum insolidum ita, que non sit potior condicio negocium occupantis, ad mittendum et inducendum dictam dominam abbatissam vel quem vel / quos voluerit loco sui in corporalem possessionem, omnium predictorum que dicto monasterio vendidimus et donavimus ut est dictum, et ad faciendum, mandantum omnibus illis qui nobis de predictis respondere tenentur ut inde respondeant, dicte domine abbatisse vel cui voluerit loco sui, et ad faciendum, mandandum teneroribus dicti mansi de villa, ut homagium faciant et fidelitatem pro

primissis promittant dicte domine abbatisse, vel cui voluerit, /
et absolvendum eos inde et faciendum omnia et singula que circa
primissa oserverint facienda, et qua nos facere possemus si
personaliter interessemus, /24 promittentes vobis et notario
infrascripto, tanquam publice persone nomine vestro et omnium
quorum interest vel pote aut poterit interesse, legitime
stipulanti / nos ratum et firmum perpetuo herede quicquid per
vos et quolibet vestrum actum gestum seu procuratum fuerit in
primissis et quolibet primissorum, / et nullo tempore revocare
sub bonorum nostrorum omnium ipotheca.

Actum est hoc XII kalendas aprilis, anno Domini Millesimo
CCC° octavodecimo.

/27 Sig+num Ermessendis de Cartiliano, domine predicte, que
hec firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt: R. de Casellis,
iureperitus / Gerunde, et Bartholomeus de Gerundella, rectore
ecclesie de Palmerola.

/ Sig+num^a Guillermus de Querio, publico notario
subtitutus, auctoritate regia a Raimundo Simonis de Toylano,
publico Gerunde notario, hoc scribi feci et clausi.

a. Signe autografat i decorat.

1318, març 21. Girona

Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, manifesta que, atenent el que la seva germana Ermesenda de Cartellà, senyora d'Hostalets, tan en nom propi com de la nostra mare Blanca d'Hostoles, morta, i també en nom de l'afranquidor de Guillem Gaucerà de Cartellà, pare nostre, mort, que vengué al dit monestir per lliure i franc alou, els treballs del blat, donant anualment al convent del dit monestir en advent i quaresma, 375 sous rendals anuals, segons consta en l'instrument fet pel notari. Atenent també que Ermesenda per redempció de la seva ànima i dels seus pares, feu donació entre vius, al monestir i a la abadessa de 450 sous, rendals anuals, per obres de vestuari del convent. Constitueix i fa especial procurador, síndic i actor a Bartomeu de Gironella, rector de l'església de Palmerola. Situats al terme de Les Planes de Hostoles, comarca de la Garrotxa i al terme de Sant Gregori, comarca del Gironés.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 9. Perg.
263/422.

Noverint universi quod nos Cecilia, Dei gracia abbatissa monasterii Vallis Laure, attendentes quod nobilis domina Ermessendis de Carti-/liano, domina de Hostolesio, soror nostra, tam nomine suo proprio, quam ut heres domine Blanche de Hostolesio quondam, matris sue, quam etiam /3 nomine manumissorio nobilis Guillermi Gaucerandi de Cartuliano quondam, patris sui, vendidit monasterio predicto, et nobis ementi / nomine eiusdem monasterii perpetuo pro libero et francho alodio ad opus, scilicet, frumenti dandi annuatim conventui dicti monasterii in ad-/ventu et in quadragesima, .Trescentos septuaginta et quinque. solidos Barchinone de terno, rendales annuatim perpetuo per nos et /6 per omnes succedentes nobis in officio abbatie, percipendos, colligendos et habendos super medietate et de medietate decime et fructuum / et expletorum decime parrochie de Sancto Gregorio et omnium aliarum

parrochiarum et locorum ad dictam decimam pertinentium scilicet, super / illa medietate que vocatur de Cartiliano, pro ut in instrumento de ipsa vendicione confecto in posse notarii infrascripti, VI^o idus decembre /9 anno presenti, lacius continetur. Attendentes etiam ipsam dominam^a ad honorem Dei et beate Marie, et ob remedium anime sue et animarum / predecessorum suorum, obtulisse sponte et dedisse donacione inter vivos, Deo et monasterio predicto et nobis dicte domine abbatisse no-/mine ipsius monasterii perpetuo pro libero et francho alodio ad opus scilicet, vestiarii conventus dicti monasterii .Quadringentos /12 quinquaginta. solidos Barchinone de terno, rendales per nos et per succedentes nobis in dicto officio abbatie, annuatim et perpetuo / percipiendos et habendos, pro quibus assignavit et tradidit nobis res infrascriptas, sive valeant dictam quantitatem, sive plus vel / minus, scilicet, pro .Centum et quinquaginta. solidos ex ipsis totam partem quam ipsa et dictus Guillermus Gaucerandi quondam, habebant et /15 percipiebant in decima et expletis et fructibus decime parrochie de suprarrochia et omnium aliarum parrochiarum et locorum ad / dictam decimam pertinentium. Et pro .Septuaginta. solidos, quoddam censuale in instrumento dicte donacionis expressum quod ipsa accipie-/bat, et dictus pater suis accipiebat, in manso de villa de Cartiliano. Et pro .Ducentis et tringinta. solidos residuis, to-/18 tum id quod superfuerit seu superaverit annuatim de dicta medietate decime de Sancto Gregorio, deductis et traditis inde primitus / nobis dictis .CCC.LXXV. solidos, nobis ut primititur venditis pro ut in instrumento de dicta donacione et assignacione confecto in posse notarii / infrascripti, die et anno prefixis, hoc et alia lacius continentur. Ex certa sciencia, constituimus, facimus et ordinamus certum /21 et specialem procuratorem nostrum syndicum vel actorem, vos Bartholomeum de Gerundella, rectorem ecclesie de Palmerola presentem / ad petendum, exigendum, requirendum et recipiendum corporalem possessionem predictorum omnium a dicta domina Ermessende, vel a procura-/tore seu procuratoribus suis, et ad recipiendum fidelitatem et homagium a teneroribus dicti mansi de Villa, et ad faciendum omnia /24 et singula que circa

a. dominam, interlineat.

premissa occurrerint facienda et que nos facere possemus si personaliter interessemus. Nos enim vobis in premissis / comittimus plenarie vices nostras. Promittentes vobis et notario infrascripto, tanquam publice persone nomine vestro, et omnium quorum in-/terest vel pote aut poterit interesse legitime stipulanti, nos ratum et firmum perpetuo habere quicquid per vos actum, gestum seu pro-/27 curatum fuerit in premissis et quolibet premissorum, et nullo tempore revocare sub bonorum dicti monasterii omnium ipotheca.

Ac-/tum est hoc XII^a kalendas aprilis, anno Domini millesimo CCC^o Octavodecimo.

Sig+num Cecilie, Dei gracia abbatisse / predicte, que hec firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt: R. de Casellis, iureperitus Gerunde et A. de Mon-/30 tanyanis, miles.

/ Sig+num^b Guillermus de Querio, publicus notarius substitutus, auctoritate regia a Raimundo Simonis de Toyano, publico Gerunde, notario, cum raso et emendato ac suprascripto in linea IX^a vi dici, ipsam dominam, hoc scribi feci et clausi.

b. Signe autografat i decorat.

1318, desembre 8. Girona

Cecília de Cartellà, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, atenent el que la seva germana Ermesenda de Cartellà, senyora d'Hostalets, en nom propi i dels hereus de la nostra mare Blanca, senyora d'Hostoles, morta; i en nom de l'afranquidor de Guillem Gaucerà de Cartellà, nostra pare, mort; reconeix que va comprar en nom del monestir i de l'abadessa, per l'obra: donant blat en Advent i Quaresma, en valor rendals anuals de 375 sous. Reconeix també que la seva germana Ermesenda fa donació entre vius, per remei de la seva ànima i dels seus pares, de 450 sous per vestuari del monestir. El total són 825 sous, que pagaran en tres terços anuals, o sigui, cada quatre mesos. Terme de Les Planes d'Hostoles, comarca de la Garrotxa i terme de Sant Gregori, comarca del Gironès.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 10. Perg. 470/640. Mal conservat, amb taques d'humitat. Trencat un tros que afecta la part dreta, dotze línees. Document partit en ABC.

ABC

ABC

ABC

Sit omnibus notum quod nos Cecilia, Dei gratia abbatissa monasterii Vallis Laure, attendentes quod vos nobilis domina Ermessendis de Cartiliano, domina de Hostolesio, soror nostra, nomine proprio et ut heredes domina (Blanche)^a / Hostolesio quondam, matris nostre, et nomine manumissorio nobilis Guillermi Gaucerandi de Cartiliano quondam, patris nostri, vendidistis dicto monasterio et nobis dicte abbatisse, ementi nomine eiusdem perpetuo pro libero et f(rancho)^b /3 alodio ad opus, scilicet, frumenti dandi annuatim conventus dicti monasterii in adventu et in quadragesima, .Trescentos septuaginta quinque. solidos Barchinone de terno, rendales annuatim perpetuo per nos dictam

a. Trencat, interpretem segons doc. anterior.

b. Trencat, interpretem.

abb(atissam)^c / et per omnes succedentes nobis in officio
abbadie percipiendos, colligendos et habendos super medietate,
et de medietate decime et expletorum et fructuum et decime
parrochie de Sancto Gregorio et omnium aliorum parro(chiarum)^d /
et locorum ad dictam decimam pertinentium, siclicet, super illa
medietate que vocatur de Cartiliano, pro ut in instrumento de
ipsa venditione confecto in posse notarii inscripti, die
presenti lacius continetur. Et attendentes etiam (quod)^e /6
dicta domina Ermessendis, ad honorem Dei et beate Marie, et ob
remedium anime nostre et animarum predecessorum nostrorum,
obtulistis sponte et dedistis donationes inter vivos et Deo et
monasterio predicto et nobis dicte (abba)^f-/tisse nomine ipsius
monasterii, perpetuo pro libero et francho alodio ad opus,
scilicet, vestiarii conventus dicti monasterii, .Quadringentos
et Quinquaginta. solidos Barchinone de terno, rendales per nos
dictam abbatissam (...) ^g / succedentes nobis in dicto officio
abbacie, annuatim et perpetuo percipiendos et habendos, et pro
quibus assignastis et tradistis nobis res infrascriptas, sive
valeant dictam quantitatem, sive plus vel minus, scilicet, pro
.Centum (et)^h /9 Quinquaginta. solidos ex ipsis totam partem
quam vos habebatis et perciebatis in decima et expletis et
fructibus decime parrochie de Suprarocha et omnium aliarum
parrochiarum locorum ad dictam, et decimam / pertinentium. Et
pro .Septuaginta. solidos quoddam censuale in instrumento dicte
donationis expressum quod vos accipiebatis in manso de Villa de
Cartiliano. Et pro .Ducentos et Triginta. solidos residuis,
totum id quod / superfuerit seu superaverit annuatim de dicta
medietate decime de Sancto Gregario, deductis et traditis inde
primitus nobis dictis .CCC. LXXV. solidos nobis ut primititur
venditis, et pro ut in instrumento de dicta donatione,
assignacione et tra-/12 dicione confeto, in posse iam dicti
notarii, die presenti lacius continetur. Per nos et omnes
succedentes nobis, recognoscimus vobis dicte domine Ermessendi
et vestris, quod fuit actum et convenium inter nos et / vos, et

c. Trencat, interpretem.

d. Trencat, interpretem.

e. Trencat, interpretem.

f. Trencat, interpretem.

g. Trencat.

per vos etiam expresse retentum in venditione et donatione predicta et ante et post, quod vos si volueritis, percipiatis et percipere possitis de vita vestra, dictam medietatem decime de Sancto Gregorio et dictam / partem decime de Suprarocha et dictum censuale per vos venditas et donatas dicto monasterio ut est dictum, et que donetis nobis et succedentibus nobis pro quolibet anno, quo predicta retinere et percipere volueritis, .Octingentos /15 et viginti quinque. solidos Barchinone de terno, quos nobis solvatis per tres tercias anni, scilicet, de quatuor in quatuor menses terciam partem. Et que si nolletis vobis retinere et percipere supradicta, te-/neamini hoc dicere et declarare et significare nobis vel succedentibus nobis usque ad festum Natalis Domini in illo, scilicet, anno sive annis quo vel quibus ea volueritis retinere et percipere. Et (...) ⁱ / hoc est rei veritas. Ideo per nos et per omnes succedentes, nobis promittimus vobis, predicta observare et attendere et non contravenire de vita vestra vobis solventibus nobis dictos .Octingentos et Viginti Quinque. solidos /18 quolibet anno ut est dictum. Set post obitum vestrum, nos vel succedentes nobis possimus ea vendere cuicumque voluerimus vel percipere vel inde facere quod voluerimus. Nec successores vestri predicto possint sibi / retinere nisi de nostra vel succedentium nobis proceserit voluntate. Et nos Ermessendis de Cartiliano, domina predicta, confitentes predicta sic fore convenia, firmamus hoc et laudamus et promittimus / vobis, dicte domine abbatisse et succedentibus vobis, solvere vobis vel cui volueritis dictos .Octingentos et Viginti Quinque. solidos quolibet anno, quo predicta nobis retineamus et percipiamus sub forma predicta. /21 Et si forte pro deffectu premissorum dampnum aliquod vel interesse sustinueritis, vos dicta domina abbatissa vel succedentes vobis vel missiones aliquas inde feceritis quocumque modo, totum vobis et succeden-/tibus vobis restituere promittimus, et inde credamini vos succedentes vobis, simplicis verbo vestro sine testibus et juramento. Et propter hoc, obligamus vobis dicte domine abbatisse et succedentibus vobis, omnia / bona nostra mobilia et immobilia, et semovencia habita

h. Trencat, interpretem.

i. Tacat.

et habenda ubique. In super nos Raimundus Motergilus, Petrus Buc, Arnaldus de Petra, Geneaius de Villa, Bonanatus de Salgeriis, Iacobus Baseti et Michael /24 de Caneto, omnes parrochie Sancti Felicis de Cartiliano, et Guillermus de Podiata, bailus de Sancto Gregorio. Petrus de Puiadella. Bernardus Baroni. Arnaldus de Villabela. Bernardus Quintana. Arnaldus Piconin. Ia-/cobus Roselli et Bernardus Andree de Prato, omnes parrochie de Sancto Gregorio, et Berengarius de Solerio de Bierto, baiulus de Ruppecurva. Et Guillermus de Pirasio et Bernardus de Colle, parrochie de Bierro, / et Bernardus de Petra de Artis et Petrus de Malagelada de Podio, Arnaulfo et Bernardus de Robore de Caneto. Quilibet nostrum insolidum precibus dicte domine Ermessendis, instituimus nos fidevisso-/27 res et principales paccatores et restitutores vobis dicte domine abbatisse et succedentibus vobis in dicta abbacia, de omnibus et singulis supradictis pro predicta domina Ermessendis, cum ea et sine ea in vita / et morte. Renunciantes scienter, beneficio dividende accionis et illius legis qua cavetur ut prius, conveniatur principalis quod fidevisor et explete diviadrim et omnis alii iuri in contrarium veniente. / Et propter hoc, qualibet nostrum insolidum renunciantes ut supra, obligamus vobis dicte domine abbatisse et succedentibus vobis, omnia bona nostra mobilia et immobilia et semovencia habita et habenda ubique.

Actum /30 est hoc VI^o idus decembre, anno Domini Millesimo Trecentesimo Octavodecimo.

Sig+num Cecilie, Dei gratia abbatisse. Sig+num Ermessendis de Cartiliano, eius sororis, predictorum qui hoc / firmamus et laudamus predictis et anno presentibus testibus Raimundo de Casellis, iureperito Gerunde, et Petro Bon de Borradano et Petro filio Romei, baili de Ministrollo. Sig+num Raimundi Morgerii. / Sig+num Petri Buc. Sig+num Arnaldi de Petra. Sig+num Geronssii de Villa. Sig+num Bonanati de Falgeriis. Sig+num Michaelis de Caneto. Sig+num Guillermi de Podiata. Sig+num Petri /33 de Puiadella. Sig+num Bernardi Baroni. Sig+num Arnaldi de Villabela. Sig+num Bernardi Quintana.

Sig+num Arnaldi de Piconi. Sig+num Iacobi Caselli. Sig+num Bernardi Andree de Prato. Sig+num / Iacobi Basseti predictorum, qui hoc firmamus et laudamus III^o idus marcii anno predicto. Presentibus tetibus Castilione de Cumba de Villamulorum et Ffrancisco de Macianero de Crudiliis. / Sig+num Berengario de Solerio. Sig+num Guillermi de Pirario. Sig+num Bernardi de Colle predictorum, qui hoc firmamus et laudamus XIII kalendas aprilis anno predicto presentibus testibus Ffrancisco Serra de Gerunda /36 et Petro de Verdaguerio de Sancto Gregorio. Sig+num Bernardi de Petra. Sig+num Petri de Malagelada. Sig+num Bernardi de Robore, predictorum, qui hoc firmamus et laudamus XI kalendas aprilis anno predicto, / presentibus testibus, Raimundo de Casellis predicto, et Castilione de Cumba predicto, et Berengario Moreti de Burdillis.

/ Sig+num^j Guillermus de Querio, publicus notarius substitutus auctoritate regia a Raimundo Simonis de Toyano, publico Gerunde notario, hoc scribi feci et clausi.

j. Signe autografat i decorat.

1319, maig 1. Valls d'Hostoles
Vint homes i dones de la parròquia de Sant Feliu de Pallerols, set de la parròquia de Sant Miquel de Pineda, sis de la parròquia de Sant Cristòfol de Planes, vuit de la parròquia de Santa Maria de les Encies, onze de la parròquia de Sant Cristófol de Cogolls, tots de Les Valls d'Hostoles, atenent a Ermesenda de Cartellà, senyora d'Hostoles, que en nom propi i de l'afranquidor del seu pare Guillem Gaucerà de Cartellà, mort, venguè al monestir de Santa Maria de Valldaura i a l'abadessa, per lliure i franc alou, per l'obra: donant blat anual en Advent i Quaresme, 375 sous rendals anuals. I que, Ermesenda per redempció de la seva ànima i dels seus pares, donà 450 sous per vestuari del convent del monestir. S'institueixen en fiadors i principals venedors, donadors i restituïdors, de l'abadessa i monestir. Terme de Les Planes d'Hostoles, comarca de la Garrotxa i terme de Sant Gregori, comarca del Gironès.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 11. Perg.
 357/415. Mal conservart, taques d'humitat. Una taca més fosca al mig del pergami.

Se ceperit universis quod nos Dalmacius de Villari et Guillermus de Condemina, E. de Seschers et Ermessendis, uxor eius, Petrus de Medianis, Petrus Torrente, Simon de Fontanils, Petrus de Devesa, Petrus de Malegons, Petrus de Rovirola, Petrus de Tormo, / Petrus de Masdaval, Arnaldus de Rebrugent, Raimundus de Podio Aver et Arnaldus de Podio Aver, Berengario de Rippa, Petrus de Longafulia et Cecilia, uxor eius, Arnaldus de Viladecans, iunior et Marchesia uxor eius, omnes parrochie Sancti Felicis de /3 Payerollis. Et Arnaldus de Tertucio, Petrus de Peralta, Arnaldus de Claperols, Raimundus de Colello, Berengarius de Plano, Bernardus de Curtils et Ermesendis, uxor eius, omnes parrochie Sancti Michaelis de Pineda. Et Geraldus de Olmera et Maria, / nurus eius, Petrus de Prato, Petrus de Pinel

et Bernarda, uxor eius, et Guillelmus Olerii, omnes parrochie Sancti Xchristophan de Planis. Et Petrus de Cumba et Geralda, uxor eius, Berengarius de Valle et Sibilia, uxor eius, Fferreris de / Montcada et Guillerma uxor eius, Guillelmus de Boscho et Eliesendis, uxor eius, omnes parrochie Sancte Marie de Oniis. Et Berengarius de Villa et Ermessendis, uxor eius et Vincentius de Cigarrio, Petrus de Stanyol Daval et uxor /6 eius Dulcia, Berengarius de Staniyol Damont et Ermessendis, uxor eius, Petrus de Triterio et Guillelma, uxor eius, Petrus de Borreda et Berengarius de Ferigoletto, omnes parrochie Sancti Xchristophani de Cogollis, omnes vallis de Ostoles, / attendentes quod notabilis domina Ermessendis de Cartiliano, domina de Hostelesio, nomine proprio et nomino manumissorio nobilis Guillelmi Gaucerandi de Cartiliano quodam, patris sui vendidit monasterio Vallis Laure et vobis Cecilia, Dei gracia / abbatissa dicti monasterii, ementi nomine dicti monasterii et succedentibus vobis in officio abbacie, perpetuo pro libero et francho alodio ad opus, scilicet, frumenti dandi annuatim conventui dicti monasterii, in adventum et in quadragesima, /9 .Trecentos Septuaginta Quinque. solidos Barchinone de terno. Rendales annuatim perpetuo, per vos dictam dominam abbatissam et per omnes succedentes vobis in dicta abbatissa, percipiendos, collingendos et habendos super medietate, et de medietate / de decime et explet(orum fructuum)^a decime parrochie de Sancto Gregorio et omnium aliorum parrochiarum et locorum ad dictam decimam pertinentium, scilicet, fieri illa medietate que vocatur de Cartuliano, pro ut in instrumento de ipsa vendicione confecto / in posse Guille(rmi de Gaucerandi), VI^o idus decembre, anno Domini M^o CCC^o XVIII,^o lacius continetur. Attendentes etiam quod dicta domina Ermessendis, ad honorem Dei et beate Marie Virginis matris Dei et ob remedium anime ipsius domine /12 Ermessendis (et nostrum predecessorum suorum) (...)^b dedit donacione irrevocabili inter vivos, Deo et monasterio predicti et vobis dicte domine abbatisse, nomine ipsius monasterii, perpetuo pro libero et francho alodio ad opus, scilicet, vestiari / conventus

a. Borrós per taca, interpretem.

b. Borrós un tros, intepretem en part.

dicti monasterii .Quadringentos^c Quinquaginta. solidos Barchinone de terno, rendales per vos dictam dominam abbatissam et per omnes succedentes vobis en officie abatisse annuatim, et perpetuo habendos et collingendos et percipiendos, pro (quibus assignant et tra...)^d vobis res infrascriptas sive valeant dictam quantitatem sive plus sive minus, scilicet, pro .Centum Quinquaginta. solidos ex ipsis totam partem quam, dicta domina Ermessendis habebat /15 et percipiebat in decima et expletis et fructibus decime parrochie de Suprarocha et omnium aliorum parrochiarum et locorum ad dictam decimam pertinentium. Et pro .Septuaginta. solidos, quoddam censuales in instrumento dicte donationis expressum, / quod dicta domina Ermessendis accipiebat in manso de villa de Cartiliano. Et pro .Ducentis Triginta. solidis residuis, totum id quod superfuerit seu superaverit annuatim de dicta medietate decime de predicto Sancto Gregorio, deductis / et traditis inde primitus, vobis dicte domine abbatisse et succedentibus vobis, dictos .Trecentos Septuaginta Quinque. solidos, vobis ut primitur venditis, pro ut in instrumento de dicte donacione assignacione, et tradidem confecto in posse iam dicti /18 notarii, die et anno proxime, dictis hoc et alia lacius continentur. Que quidem omnia et singula, tam vendita quam donata, dicta domina Ermessendis promisit vobis, dicte domine abbatisse et succedentibus, vel facere, habere semper / tenere, percipere et possidere in pace et stare contra cunctos, pro libero et franco alodio, et inde obligavit vobis et succedentibus vestris de eviccione et interesse se et suos, et omnia bona sua. Attendentes etiam quod dicta / (domina)^e Ermessendis promissit vobis, dicte domine abbatisse et succedentibus vobis nomine dicti monasterii, quod si contigerit ipsum emere et recuperare a nobili Bernardo de Capraria, vel a suis duas partes, quas ipsa domina et /21 (an)tecessores^f sui recipiebant et recipere consueverant in decima et expletis decime parrochie de Sils, et omnium aliarum parrochiarum et locorum ad dictam decimam pertinentium. Quod

c. Borrat per taca, interpretem.

d. Borrós, idem.

e. Tacat, interpretem.

f. Borrat per taca, interpretem.

ipsis emptis per eterno et recuperatis assigna-/bit dicto monasterio et vobis et succedentibus vobis, nomine ipsius monasterii, perpetuo pro libero et francho alodio, infra unum annum post quam inde fuerit requisita, et tradet dicto monasterio, vobis et vel succedentibus vobis / eius nomine, pro dicti .Octingentis Viginti et Quinque solidis, rendalibus per ipsam partem venditis et partem donatis dicto monasterio ut est dictum ad opus, scilicet, frumenti et vestuarii predictorum. Dictas duas partes decime de /24 Sils, et totum ius quibus ipsa domina vel antecessores sui, in ipsa decima habere consueverunt sine ipse due partes valeant dictam quantitatem, dictorum .Octingentorum Viginti Quinque. solidos rendalium sive plus vel minus / pro ut in instrumento inde confecto, in posse dicti notarii, XII kalendas aprilis anno prefixo, hoc ac alia lacius continentur. Nos igitur omnes et singuli supradicti et quilibet nostrum in solidum, certificati de vendicione, donacione, / assignacione, promissione et omnibus et singulis supradictis et de instrumentis inde confectis, et de omnibus in eis contentis ex certa sciencia precibus dicte domine Ermessendis, instituimus nos fideiussores et principales venditores, /27 donatores, promissores, tornatores et restitutores, vobis dicte domine abbatisse, licet absentis et succedentibus vobis in officio abbacie, nomine dicti monasterii de omnibus et singulis supradictis, que dicta / domina Ermessendis, dicto monasterio et vobis eius nomine, vendidit, donavit et promissit, et de omnibus singulis que ratione vendicionis donacionis et promissionis primissorum vobis promissit, et ad que se, et sua vobis / et succedentibus vobis, obligavit cum ea et sine ea, in vita et morte. Ac etiam quilibet nostrum promittimus, ex pacto et per firmam stipulacionem, vobis absentis et succedentibus vobis et subscripto notario, tanquam publice /30 persone, predicta omnia et infrascripta a nobis, nomine vestro et dicte monasterii et omnem quorum intererit vel interesse possit, legitime stipulanti et recipienti, pro predicta omnia et singula, dicto monasterio et vobis eius nomine, per / dictam dominam Ermessendam vendita et donata, faciemus vobis et succedentibus vobis habere, tenere, percipere et possidere semper in pace fecere contra cunctos, pro libero et francho alodio pro ut melius vobis et dicto /

monasterio fuerunt vendita atque data, et pro ut melius et largius ipsa domina ea vobis promisit facere et habere et in instrumentis vendicionis et donacionis predictorum continere. Et promittimus ac constituimus nos et quilibet /33 nostrum et bona nostra vobis et succedentibus vobis teneri et obligari semper de eviccione et interesse pro predictis pro ut melius et largius, ipsa domina sic et sua vobis inde obligavit. Renunciantes scienter qualibet / nostrum in solidum, beneficio dividende, accioni et illius legis (quatenus) ut prius conveniatur principalis quam fideiussoris et (Eplete) divi adriani et omnis alii iuri in contrarium veniente. Et pro predictis omnibus et / singulis, attendentis firmiter et complendis et de eviccione et interesse obligamus vobis et succedentibus vobis et suprascripto notario, nomine quo supra stipulanti quilibet nostrum in solidum, renunciantes ut supra nos /36 et heredes et successores nostros, et omnia bona mea utrique habita et habenda. Ru(...)^g nos dicte mulieres, de iure nostro plene cerciorate, renunciamus scienter et exprese serie hiis beneficio senatus consulti vel /leiani et iuri ipothecarum que habemus in bonis predictorum virorum nostrorum, racione sponsaliciorum vel alie. Preterea iuramus sponte, nos omnis et singuli supradicti per Deum et Sancta Quatuor eius Evangelia corporaliter / tacta, predicta omnia et singula, rata et firma, semper habere, tenere et observare et attendere et complere et numqua in aliquo contravenire, per nos vel per interpositam personam de iure vel de facto, aliquo inter causa /39 vel racione.

Actum est hoc kalendas madii, anno Domini M^o CCC^o nonodecimo.

Sig+num Dalmacii de Villari. Sig+num Guillermi de Condamina et Ermessendis, coniungum. Sig+num Petri de Medianis. Sig+num Petri de Torrente. / Sig+num Simonis de Fontanils. Sig+num Petri de Devesia. Sig+num Petri de Malengons. Sig+num Petri de Rovirola. Sig+num Petri de Torono. Sig+num Petri de Masdavali. Sig+num Arnaldi de Re-/brugent. Sig+num Raimundi de Podio Aver. Sig+num Arnaldi de Podio Aver. Sig+num Berenagarii de Rippa.

g. Borrós.

Sig+num Petri de Longafilia. Sig+num Cecilie, uxoris eius.
Sig+num Arnaldi de Vila-/42 cans iunioris et uxoris eius
Marchesie. Sig+num Arnaldi de Terrucio. Sig+num Petri de
Peralta. Sig+num Arnaldi de Claperols. Sig+num Raimunddi de
Colello. Sig+num Berengarii de Plano. Sig+num Bernardi / de
Curtils et Ermessendis, uxoris eius. Sig+num Geraldi de Olmera
et Marie, nurus eius. Sig+num Petri de Prati. Sig+num Petri de
Pinel. Sig+num Bernarde, uxoris eius. Sig+num Guillemi clerici.
/ Sig+num Petri de Cumba et Geralde, uxoris eius. Sig+num
Berengarii de Valle et Sibilie ,uxoris eius. Sig+num Francisci
de Montcada et Guillerme, uxoris eius. Sig+num Guillermi de
Boscho et Eliesendis, uxoris eius /45 Sig+num Berengarii de
Villa. Sig+num Ermesendis, uxoris (eius)^h Sig+num Vicentii de
Cigarro. Sig+num Petri de Stanyol Daval et uxoris eius Dulcie.
Sig+num Berenagarii de Stanyol Damont et Ermessendis, / uxoris
eius. Sig+num Petri de Trituio et Guillerme, uxoris eius.
Sig+num Petri de Loreda. Sig+num Berengarii de Ferigoletto,
predictorum nos omnes, quod hoc firmamus et laudamus, periter in
iuramus.

/ Testes huius rei sunt: Castilionus de Torrentes de
primito et Petrus Spanyolli de Paeriollis et Jacobus de Ollana
et Guillermus Torrente, sagio de Ostoles parrochie Sancti
Felicis de Paierollis. Raimundus /48 de Rovira filius Guilaberti
de Rovira et Petrus de Solerio et Guillermus de Villari de
Ropito et Raimundus de Podio de Vilahur.

/ Sig+numⁱ Bernardi Petrarii, qui hoc scripsit.

/ Ego^j Bartholomeus de Castlario, publicus notarius Vallis
de Ostolesio, hoc scribi feci et clausit.

h. Forat, interpretem.

i. Signe autografat.

j. Signe autografat i decorat.

1319, maig 16. Cabrera

Beatriu, vescomtessa de Rocabertí, esposa de Dalmau vescomte de Rocabertí, i "domna" de Cabrera, reconeix el que va donar i concedí la seva mare Ermesenda, al monestir de dones de Santa Maria de Valldaura, en posse i mà de l'abadessa Cecília, per obra de vestuari; i el que va donar al monestir Blanca, mare d'Ermesenda. El total és 41 lliures i 5 sous. Promet a l'abadessa, amb assentiment del seu espòs Dalmau, sobre aquesta venda i donació, no venir ni fer venir en contra cap cosa.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 12. Perg.
190/185.

Noverint universi quod nos Beatrice, Dei gratia vicecomissa Ruperbertini et domina de Cabrerio, atendentis et recognoscentes quod domina Ermessendis, matri nostre dedit et concedit monasterio dominarum de Valle Daura, in manu et /3 posse reverende domine Cilie, abbatisse eiusdem monasterii, pro in ceteris in iuris pro dominibus parentum suorum, et etiam pro quadam / iniura quam domina Blanca, mater eius, dicto monasterio tenebat aliquos redditus ad opus vestiarii dicte domine / Cilie, abbatisse eiusdem monasterii et aliorum denarum, videlicet, Triginta. cuilibet earum, .Quindecime. solidos Barchinone. Quos capivet /6 sumam .Viginti duas. libras et mediam. Item atendentis et recognoscentes quod predicta domina, etiam mater nostra, / vendidit perpetuo predictae domine Cilie, abbatisse eiusdem monasterii, sororis eius, ad opus dicti monasterii, videlicet, .Decem / et octo. libras et .Quindicim. solidos Barchinone de terno, renduales. Ita quod inter predictam donationem et venditionem, capi-/9 cint sumam in universo .Quadráginta et unam. libras et .Quinque. solidos inter predictam donationem et venditionem. / Quam quantitatem predictum redditum, dictus monasterius hoc super omnem decimam

Sancti Gregorii, et super omnem decimam / de super Rochea et
super quadd(am)^a mansum vocatum mansus de Villa de Cartiliano,
pro ut instrumentis inde confectis /12 lacius continetur. Unde
per nos et per omnes nostros presentes et futuros, de voluntate
et ascensu nobilis Dalmacis, Dei / gratia vicecomes
Ruppebertini, mariti nostri, promitimus vobis predicte domine
abbatisse, et omnibus successoribus vestris / in dicto
monasterio, quod contra predictam donationem et venditionem, non
veniamus nec venire faciamus oculute /15 vel manifeste, in
iudicio vel extra iudicium, iure aliquo vel racione sive etiam
causa, racione legitime nostre / et hereditatis, proprietatis,
donationis future successione vel alio quocumque modo.
Renunciantes super hiis omni / iuri, legi et consuetudini,
quibus contra predicta vel aliquid predictorum, venire possemus
in aliquo.

Actum est hoc XVII kalendas /18 iunii, anno Domini
Millesimo Trecento Nonodecimo.

Sig+num Beatricis predicte, qui hoc laudamus et / et
firmamus. / Testes huius rei sunt Arnaldus de Morenyana, milite,
et Jacobus de Palatio Domicellus et Iacobus, baiuli de Mi-/21
nistrello.

Ego Petrus Estrucee, scriptor publicus auctoritate domini
de Cabrerio, hoc scripsi et / hoc Sig+no^b feci.

a. Illegible 2 lletres. Interpretem.
b. Signe autografat i decorat.

1320, gener 28.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 13. Perg.
283/385. Molt mal conservat, dolent de lectura. Té
un tros trencat gran a la part dreta.

1320, gener 25.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 14. Perg.
414/258. Dolent, mal conservat. Referent a Pere de
Morera.

1320, octubre 23. Girona
 Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, constitueix, fa i ordena procurador especial, síndic i actor del monestir a Pere Pons, capellà de Borredà, davant de Berenguer Renaldi i Arnau de Terrades, jurisperits i, dels afranquidors d'Ermesenda de Cartellà, senyora d'Hostoles, ja morta, perquè facin una estimació dels censals anuals. Terme de Les Planes d'Hostoles, comarca de la Garrotxa, i terme de Sant Gregori, comarca del Gironès.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 15. Perg.
 260/414.

Noverint universi quod nos Cecilia, Dei gratia abbatissa monasterii Vallis Laure, excerta sciencia, constituimus, facimus et ordinamus certum et specialiem procura-/torem nostrum syndicum vel actorem, vos Petrum Poncii, capellanum Borredani, presente ad comperendim nomine nostro coram venerabilibus Berengario Re-/3 naldi et Arnaldo de Terradas, iuriperitis arbitris seu arbitratoribus per nos ex una parte, et per manumissores domine Ermessendis de Cartiliano quondam, / domine de Hostolesio, ex altera, contra clericis cister facienda extimacione de interesse seu minus valencia de alodio in feudum quarundam decimarum, quas vobis, dicta / domina Ermessendis, partim vendiderat et partim dederat, et suplicandum et requirendum eiusdem ut dictam extimacionem faciant et in dicto com-/6 promisso, procedant et pronuncient. Et vos in ipso compromisso, possitis comparere, procedere, requirere, prestari, agere, deffendere extimacionem / et pronunciotionem audire et eam approbare vel reprobare et pignora tornare et alterius partis pignora tornari facere, et penna si comitatur / vel pignora pro ea, petere et recipere et dictam extimacionem petere, recipere et habere et facere apocham de soluto et omnia

alia facere que circa premis-/9 sa ocurrente facienda. Et ratificamus expresse, quicquid per vos, nomine nostro, processum est in dicto compromisso. Preterea constituimus / vos procuratorem ad petendum, exigendum et recipiendum .Duo Millia Sexcentos et Viginti. solidos Barchinone de terno. Vel ad quod inde debea-/tur quos nobis debet Raimundus de Salite, clericus de annuaris ratione venditionis, quam ei fecimus de quodam censuali quod accipiebamus sicut manso /12 Geronesu de Villa de Cartiliano. Item .Tria Millia et Ducentos. solidos quos nobis debeant Bernardus Barrau et Mercaderius, clerici Gerunde, procura-/tores confratrie beate Marie sedis Gerunde, ratione venditionis quam eis fecimus de tota parte quam percipiebamus in decima de Suprarocha. / Item .Duodecim Millia et Quingentos. solidos, quos nobis debet venerabilis Raimundus Yermar, ratione venditionis quam ea fecimus /15 de medietate decima de Sancto Gregorio voccata de Cartuliano. Dantes et concedentes vobis, plenam et liberam potestatem petendi et / recipiendi omnia et singula supradicta, et faciendi apocham de soluto. Et si necesse fuerit, exponendi querimoniam contra predictos, / qui ad predicta tenentur et eorum quemlibet et eorum bona tam in curia ecclesiastica quam seculari, et querelantibus de nobis ius firmandi, /18 et pro iuris firma bona nostra et nostri monasterii, obligandi et agendi, deffendendi, excipiendi, respondendi, replicandi, triplican-/ di, iurandi de calumpnia seu alterius cuiuslibet generis, iuramentum in anima nostra prestandi sentencias, tam inter locutorias, quam diffini-/tivas, audiendi et ab eis si necesse fuerit, appellandi et appellationum casu pro sequendi et protestandi de iure nostro, in iudicio /21 et extra et protestatis, respondendi et alium vel alios procuratores substituendi anno licem contestatam et post qui habeant idem / posse et eos removendi, et eos vel alios ibi ponendi et dictam procuratorem officium resumendi, rationes, questies vobis placuerit / et videbitur expedire et omnia alia faciendi que causarum merita postulent et requirunt et que potest et debet facere procurator legi-/24 time constitutus, et que nos facere possemus si personaliter interesemus. Volentes in stare vos et substituendos a vobis ab omni bonere satis-/ dandi penitus relevare de iudicato solvendo et ratihabitione

promittimus vobis et notario infrascripto, tanquam publice persone a nobis, predicta / infrascripta stipulanti et recipienti nomine partis adverse et cuiusquequorum interest vel potest aut poterit interesse iudicio iusti et iu-/27 dicatum salvo cum suis clausulis universis. Et nos semper habere gratum et firmum quicquid per vos, vel substitutum vel substi-/tuendos a vobis, actum, gestum seu procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum et nullo tempore revocare sub bonorum omnium nostrorum et / dicti monasterii ypotheca.

Actum est hoc X kalendas novembre, anno Domini M^o CCC^o Vicesimo.

Sig+num Cecilie, Dei /30 gratia abbatissa predicte, que hec firmamus et laudamus.

/ Testes huius rei sunt Michael Cloposa de Barchinone et Berengario de Fabrica Caserris.

/ Ego^a Guillermus de Querio, notarius publicus substitutus, auctoritate regia a Raimundo Simonis de Toyano publico Gerunde notario, hoc scribi /33 feci et clausi, cum raso et emendato in linea XXVIII^a vi dici, nostrorum et, et in XXIX^a ubi dice ypotheca.

a. Signe autografat i decorat.

1322, maig 5. Vic

Berenguer, bisbe de Vic, constitueix i ordena a Bernat Raimon de Manresa, rector de l'església de Freixenet, com a procurador seu i en nom de l'abadessa Cecília del monestir de Santa Maria de Valldaura, de l'Orde Císter, en la diòcesi d'Urgell; sobre aquella venda en alou, franc i lliure del castell de Sent Domí, que van fer al monestir. Situat al terme de Sant Guim de Freixenet, comarca de la Segarra.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 16. Perg. 432/300. Una mica borrós. En el vers diu : Lo bisbe de Vic fo procura per a posen en possessio a la abadessa dels llocs Sen Domi que ly hauria venut.

Notum sit cunctis quod nos Berengarius, Dei gratia Vicens episcopus, facimus, constituimus et ordinamus certum et specialem procuratorem nostrum, vos Bernardum Raimundi de Minorisa, rectorem ecclesie de Frexeneto, presentem et suscipientem, ad tradendum et deliberandum / pro nobis et vice et nomine nostro venerabili domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii Vallis Laure, Ordinis Cisterciense, Urgellensis diocesis, nomine sue et sui monasterii, vobis procuratori eorum, plenam et corporalem possessionem, pleno iure in rem propriam eiusdem monas-/3 terii, de illa perpetua vendicione quam, de consilio et assensu nostri Capituli, per liberum et franchum alodium fecimus perpetuo dicte domine abbatisse et eius monasterio, de castro de Sancto Domino, quod habeamus in nostra diocesis, cum fortitudine ipsius castrum et / cum omnibus eius terminis, redditibus, exitibus, censibus, agrariis, expletorum, partibus aventuris, hominibus et mulieribus et omnibus universis et singulis, aliis iuribus et pertinentiis dicti castrum, et que ad nos racione eiusdem castrum pertinebant et pertinere / potanter et debebant quoquo modo, pro ut in instrumento dicte

vendicionis recepto per Bernardum Salati, notarium publicum Vicens, plenius et lacius continentur. Et inducendum in signum possessionis, tradire predictorum dictam dominam abbatissam, nomine /6 suo et dicti monasterii et eius conventus vel procuratorem, eorum intus domos et edificium dicti castri et tradendum eidem claves eiusdem castri. Nemone ad mandandum vice et nomine et ex parte nostra, omnibus universis et singulis personis cuiuscumque status, seu condicionis existant, que ad / prestacionem predictorum, nobis ante dictam vendicionem tenebantur, et singulis earumdem quod de omnibus universis et singulis in quibus nobis tenebantur ratione dicti castri dictis domine abbatisse et eius / monasterio et conventui, a modo repudeant, donent et tradant ac pareant, attendant et obediant, pro ut nobis ante huius omni^a vendicionem tenebantur, et non nobis nec successoribus nostris vel altrui pro nobis seu ex parte nostra. Et etiam prestent fide-/9 litatem et homagium dicte domine abbatisse, nomine suo et dicti monasterii vel procuratori eorum, pro ut nobis prestantur et ut tenetur prestare domino naturali. Et ad absolvendum easdem omnes et singulas personas ab omni homagio / fidelitate naturalitate et subiectione et aliis omnibus in quibus nobis ratione dicti castri et occasione eiusdem et iurium et pertinentiarum eiusdem ante dicte vendicionis huius omni^b tenebantur. Et omnia alia faciendum et procurandum / super tradicionem et instruccione dicte possessionis quecumque in eisdem necessaria occurrerint vel etiam oportuna, et que nos dictus episcopus faceremus et facere possemus personaliter. Constituti vobis enim dicto procuratori meo, tradimus et comitimus /12 super hiis totaliter, locum nostrum et plenam liberam at generalem administracionem. Promittentes notario infrascripto vice et nomine omnium quorum interest et interesse potest et poterit hec a nobis legitime inplenaria et recipienti nos et nostros / successores ratum et firmum, homine perpetuo et non revocare quicquid per vos super predictis annis fuerit, vel etiam procuratum sub obligatione bonorum pro evi(ccione) dicte (...) ^c nos obligatorum^d.

a. omni, interlineat.

b. omni, interlineat.

c. Tros borrós, interpretem i falta paraula.

d. obligatorum, interlineat.

Actum est hoc III nonas madii, anno Domini Millesimo
Trescentesimo / Vicesimo secundo.

Sig+num Berengarii, Dei gratia Vicens episcopi, predicti,
qui hoc firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt: Iacobus Ritulssi, iureperitus.
Bernardus Calvelli. Johannes de Prato, presbiteri et Rodearius
de Muro.

/15 Sig+num^e Bernardi Salat, notarii publici Vicens,
auctoritate domini Vicens episcopi, qui hoc scribi fecit et
clausit, cum raso et emendato in penultima linea vi dicitur,
bonorum pro eviccione dicte vendicionis / per nos, et cum
suprascripto in eadem penultima linea vi dici, obligatorum, die
et anno quo supra.

e. Signa autografat i decorat.

1322, maig 5. Vic

Trasllat fidel a l'original. Berenguer, bisbe de Vic, atenent que el castell de Sent Domí, de la diócesi de Vic, està en lloc distanciat i entre nacions perverses, raptors i altres, ven i bescanvia, amb consens del Capítol General, a Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, de l'Orde del Cister, oferint i donant el dit castell, amb fortalesa i tot el seu terme i territori, aigües, fonts, boscos, prats, terres de pastura, monts, plans, camins, garrigues, treballs, deveses, delmes, rèdits, sortides, censos, empires, parts de collites, terres de "laudimia", entrades i altres pertinences; amb homes i dones, justícies de nova planta, jurisdiccions, "stacamentis" i altres... El preu és de 25.000 sous, que cobren amb l'entrega de varies propietats de la comarca del Bages: els castells de Sallent i de Castellnou, i la casa de Vall Vuide. Situat al terme de Sant Guim de Freixenet, comarca de la Segarra.

A.

B. AHN. Clero. Valldaura, c.164, n. 17. Perg. 625/385. Taques per humitat a dalt i al costat dret. Un petit forat al mig.

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam instrumento originali cuius tenor talis est. Notum sit cunctis quod nos Berengarius miseratione divina Vicens episcopus, attendentes quod castrum nostrum de Sancto Domino constitutum in Vicensi diocesi, dudum per nos emptum propter loci distanciam, et quia consistit in medio nationis perverse et raptors et alias, nobis et ecclesie Vicens / propter multa alia est quod amodo in utile et plurimum sumptuosum at preterea habito senile et pluries super vendicione castri predicti, tractatu multiplici cum venerabili nostro Capitulo, in veniremus propiciendo ecclesie meliora fore nedum utile. Immo necessarium valde vobis et dicte ecclesie, castrum predictum vendere cum iuribus et

pertinentiis suis et alibi /3 emere in loco propinque et utilitu nobis et ecclesie supradicte. Ideo per nos et omnes successores nostros Vicens episcopus, de consensu et voluntate nostri Capituli supradicti, vobis concessiis in Capitulo Generali cum hoc publico instrumento perpetuo valituro, vendimus et titulo vendicionis concedimus in perpetuum, pro francho et libero alodio, vobis venerabili et religiose domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterrii / Sancte Marie Vallis Laure, ordinis cisterciense urgellensis diocesis, tanquam plus offerenti et danti et ipsi monasterio et abbatissis succedentibus post vos in dicto monasterio, et notario infrascripto vice et nomine vestro et dicti monasterii et succedentium post vos in eodem, et omnium quorum interest et interesse pote, hec legitime stipulanti et recipiente castrum predictum nostrum de Sancto Domino, / constitutum in Vicens diocesis, cum fortitudine ipsius castri et cum omnibus eius terminis et territoriis, aquis, fontibus, nemoribus, silvis, pratis, pascuis, pasturis, terris, montibus, planis, garritiis, viis, carrariis, itineribus, laboratoribus et possessionibus aliis omnibus et devesiis, decimis, reddibus, exitibus, censibus, agrariis, partibus expletorum et terris laudisimis, in-/6 tratis, emparis, firmamentis et quibuscumque aliis exitibus et ob ventionibus pertinentibus et pertinere debentibus quoquomodo ad castrum predictum et ad dominium castri eiusdem, et cum omnibus hominibus et feminis, iusticiis nuilibus plantis, stacamentis, firmamenti directi et cum omnibus aliis dominiis iuridictionibus, qualibus et servitiatibus, preceptis et mandatis et aliis / universis et singulis iuribus et pertinentiis ipsius castri. Pro ut melius dici pote et intelligi ad comodum vestrum el dicti monasterii perpetuo et bonum intellectum sine omni nostre et nostrorum successorum retentu ad omnes vestras et succedentium post vos in dictis abbattia et monasterio, voluntates inde perpetuo per liberum et franchum alodium faciendas. Pro ut omnia predicta, / nos dictus episcopus, habeamus ex emptione per nos facta a Guillermo de Minorisa, filio et herede Petri de Minorisa et Francische, eius uxoris quondam de Cervaria, et a domina Sibilia, uxore eiudem Guillermi. Et de predicta vendicione inducimus vos et dictum monasterium, cum hoc carta in plenam et corporalem possessionem,

pleno iure in rem propriam /9 monasterii supradicti, nos et omnes successores nostros inde perpetuo penitus spoliantes. Quam quidem possessionem corporalem per nos vel procuratorem nostrum ad hec legitime constitutum, vobis dicte domine abbatisse vel procuratori vestro et dicti monasterii, tradere promittimus sine omni questione dilatione et aliquo excepcione iuris et facti, cum per vos vel procuratorem vestrem super / hec moviti fuerimus vel etiam requisiti, vel vos nobis si requisitis possitis dictam possessionem corporalem aprehendere et retinere ut rem propriam vestram et dicti monasterii. Nos enim usque que dictam possessionem corporalem vobis vel dicto procuratori vestro, tradiderimus vel vos seu procurator unde eandem possessionem aprehenderitis autoritate propria corporalem, predicta / que vobis et dicto monasterio vendimus vestri et ipsius monasterii, nomine constituimus et confitemur nos possidere. Et ex causa huius omni vendicionis, damus et cedimus vobis et dicto monasterio et dictis succedentibus post vos in eodem in predictis omnibus universis et singulis, que vobis et dicto monasterio et predictis post vos succedentibus in (eodem)^a, vendimus, totum locum nostrum et /12 acciones reales et personales, mixta utiles et directas et quascumque alias nobis et successoribus nostris et Vicens ecclesie ratione dicte vendicionis inde nobis ut predictur face competentes et competituras. Quibus vos et abbatisse succedentes post vos in dicto monasterio vestri, agere et experiri possitis in iudicio et extra iudicium contra quas-/cumque personas et earum bona agendo, deffendendo, repudendo, excipiendo, replicando et reconveniando, et omni alio quolibet modo sicut nos possemus ante huius modi vendicionem. Instituentes vos et dictum monasterium et abatissas succedentes post vos in dicto monasterio, super predictis veras dominas et procuratores ut in rem propriam mo-/nasterii prelibati. Quam quidem vendicionem, vobis et dicto monasterio facimus, tanquam plus offerenti et danti pro precio .Viginti et Quinque Milium. solidos monete Barchinone de terno, quos a vobis numerando confitemus recepisse ad voluntatem nostram, de quibus re vera convertimus in precio emptionis per nos facte de domo de valle Vuide, terminis,

a. Taca, interpretem.

iuribus et /15 pertinentiis suis in Bagii constituta et castris nostris de Sallienti et de castro Novo contiguis, .Quatuor Decim Milia. solidos et in expensis quas necessario fecimus ratione predictae emptionis .Mille et Centum. solidos monete predictae. Et in precio emptionis quam fecimus a Bertrando de Casanova, filio Romei de Casanova quondam, civis Minorise, de duo-/bus mansis vocatis mansus de Insula superiori et mansus de Condaminis, constitutis in termino castris mei de Salliente, et quibusdam aliis contentis in instrumento emptionis eiusdem .Octo Milia. solidos monete et etiam .Quingentos. solidos pro supratibus quos necessario facere habemus circa emptionem predictam. Quos .Octo Milia et Quingentos. solidos, nos manu-/levaveramus, et eos ad hiis debebamus. Residuos .Nove Mille Quadringentos. solidos qui de dicto precio remaneat penes nos convertimus et promittimus convertere in comodum Vicens (...) ^b et in aniversariis vel aliis suis causis infra Vicens ecclesiam statuendis super quibus renun(ciamus) ^c excepcioni peccunie non numerate. Dantes et remittentes vobis /18 perpetuo ex causa donationis irrevocabilis inter vivos, quicquid et quantum hec venditio modo valet vel valuerit plus dicto precio. Renunciantes super hoc sciendere et expresse beneficio in novis precii et illi etiam legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii succurritur. Et sit per nos et omnes successores nostros promittimus, vos et dictum monasterium et succe-/dentes post vos in eodem predictam vendicionem, facere, tenere, habere, et perpetuo possidere contra omnes personas pro liberum et franchum alodium. Et de firma legali eviccionem dicte vendicionis et expensis circa eviccionem factis vobis et vestro monasterio, promittimus teneri perpetuo, ad questionem vero signa, vobis vel abbatissis post vos succedentibus in dicto mo-/nasterio mota fuerit in toto vel in parte, promittimus nos opponere et ipsam questionem et questiones in nos suscipere et causam et causas ducere et tractare cum nostris expensis. Vel remissa vobis et abbatissis succedentibus post vos in dicto monasterio expacto necessitate. Denunciationis possitis causam et causas ducere et tractare cum vestris et dicti monasterii expen-/21 sis. Quas expensas vobis

b. Tacat, falten unes 6 llestres.

c. Tacat, interpretem.

et dictis abbatissis post vos succedentibus in dicto monasterio, restituere promittimus in continenti. Et totum et quicquid de predictis a vobis vel dictis post vos succedentibus in dicto monasterio evitare fuerit vel sublatum ob medio in causam vel etiam subcumbendo. Et (...) ^d inde nostro plano et simplici verbo, sine omni sacramento et testi-/bus. Pro quibus omnibus universis et singulis sit firmiter attendendis et complendis et pro firma et legali eviccione predictorum et expensis circa eviccionem factis de voluntate et expresso assensu dicti nostri Capituli, obligamus vobis et dicto monasterio et abbatissis succedentibus post vos in eodem monasterio, et notario infrascripto vice et nomine vestro et dicti monasterii et / omnium quorum interest et interesse pote, hec a nobis legitime stipulanti pacistica et recipienti res predictas per nos emptas in Bagiis et de residuo quod penes nos remanet de precio supradicto, emendas. Mandantes cum hoc publico instrumento Vicen Capituli Generali, omnibus universis et singulis personis cuiuscumque status seu condicionis existant que ad prestaciones predictorum nobis teneatur /24 et singulis earumdem, quod de omnibus universis et singulis in quibus nobis teneantur vestre dicti castri vobis et dicto monasterio et dictis succedentibus post vos in eodem seu quibus volueritis loco vestri et dicti monasterii a amodo respondeant, donent et tradant ac vobis pareant et attendant in omnibus et per omnia sicut nobis tenebantur, et non nobis seu successoribus nostris nec alicuii / pro nobis seu ex parte nostra, et etiam fidelitatem et homagium vobis vel procuratori vestro prestant pro ut nobis prestiterunt et ut tenentur prestare domino naturali. Nos omni absolvimus eisdem omnes personas et singulas earum ab omni homagio fidelitate et naturalitate et subiuccione, et aliis omnibus in quibus nobis racione dicti castri et occasione eiusdem et iurium et pertinentiarum eiusdem / ante dicte vendicionis huius modi tenebantur. Nos itaque Capitulum supradictum, ad sonum campane ut moris est pro Capitulo, simul cum dicto domino episcopo congregati habito super hiis tractatu multiplici semel et pluries cum domino episcopo memorato predictas et singulas, consilium et assensum nostrum prestamus in manu infrascripti

d. Borrós.

notarii Vice /27 et nomine vestri dicte domine abbatisse et monasterii preffati, ac quorum omium interest et interesse pote et poterit hoc a nobis legitime stipulantis et recipientis. Et nichilomnibus pendens sigillum nome huic instrumento duximus apponendum. Nos pro dictus episcopus, in hoc instrumento manu propria duximus subscribendum.

Actum est hoc IIII^o nonas madii, anno Domini Millesimo / Trecentesimo Vicesimo Secondo.

Sig+num Berengario, miseracioni divina Vicens episcopi predicti, qui hoc firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt: Jacobus Ritulfi, iuriperitus. Bernardus Calvelli. Johannes de Prato, clerici, et Roderius de Muro. Nos Berengarius, Dei gratia Vicens episcopus, hoc firmamus.

Sig+num^e Bernardi Salat, notarii publici Vicens, / auctoritate domini Vicens episcopi, qui predictis vocatus interfuit et firmam dictorum domini episcopi et Capituli congregatorum pro Capitulo ut supradictum est, recepit et hec scribi fecit et clausit. Cum raso et emendato in IIII^a linea ubi dicitur, ipsi, et cum suprascripto in IX^a linea ubi dicitur, in rem. Die et anno quod supra.

/30 Sig+num^f Bernardi Salat, notarii publici Vicens, auctoritate domini Vicens episcopi, qui hoc translatum cum originali suo sigillo pendenti dicti Capituli, roborato fideliter comprobatum, scribi fecit et clausit, cum raso et emendatis in XXV^a linea vi dicitur, omnes. Nonas iunii, anno predicto, presentibus testibus Raymundo Lortam et Bernardo Osona.

e. Signe autografat i decorat.

f. Signe autografat i decorat.

1322, agost 5. Prats del Rei
 Davant de notari i testimonis especialment cridats i pregats,
 Bernat de Joan, de Prats, posa a Bernat Croat, batlle
 dels castells de Solanelles i de Puigdemàger, per Cecília
 abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, de
 l'orde del Císter, en corporal possessió i perpetuu
 tenedor en nom de l'Esperta Pasqual, cantadora i monja
 del monestir, d'aquella venda que Bernat de Joan li va
 fer a ella del cens anual de cinc sous, sobre les
 possessions que Bernat de Joan té en el terme de
 Puigdemàger, sota el domini del monestir de Santa Maria
 de Valldaura. I en senyal de verdadera possessió, per
 part de Bernat Croat en nom de l'Esperta, entrega un
 diner. I Bernat de Croat entrà i manà fer instrument
 públic al notari. Situat al terme d'Els Prats de Rei,
 comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 18. Perg.
 322(335)/148(189). La part esquerra és més petita.

Noverint universi quod in presencia mea notarium et testium
 subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum,
 Bernardus Johannis de Pratis misit sive induxit Ber-/nardum
 Croat, baiulum castrorum de Solanellis et de Podio Mager, pro
 venerabili et religiosa domina Cilia, Dei gratia abbatissa
 monasterii Vallis Laure, ordinis cisterciense /3 Urgellis
 diocesis, in corporalem possessionem et perpetuam tenedonem
 nomine Sperte Pascalis, cantatricis et monache dicti monasterii,
 de illa perpertua vendicione quam / idem Bernardus Johannis
 fecit, dicte Sperte Pascalis, de .Quinque. solidos Barchinone
 monete de terno, censualibus suis annualibus recipiendis
 annuatim perpetuo in festo Sancti / Johannis Batiste, mensis
 iunii, per dictam Sperta et suos successores in dicto
 monasterio, super illis honoribus et possessionibus quos et quas
 idem Bernardus Johannis habet /6 in termino de Podio Mager,

ultra collum vocatum dez Ceger, sub dominio et alodio monasterii Sancte Marie Vallis Laure predicti, pro ut in instrumento vendicionis inde / confeto, auctoritate subscripti notario, sub kalendario kalendas augusti, anno infrascripto lacius continer. Et in signum vere possessionis tradite et recepte / per dictum Bernardum Croat, nomime dicte Sperte Pascalis, idem Bernardus Johannes tradidit de censuali predicto, dicto Bernardo Croat recipienti nomine dicte Sperte, /9 unum denarium Barchinone de terno. In quam possessionem, dictus Bernardus Croat, nomina quo supra intravit et mandavit inde, per me dictum notarium publicum / fide instrumentum.

Actum est hoc nonas augusti, anno Domini Millesimo Trecentio vicesimo secundo.

Sig+num Bernardi Johannis predicti, qui hoc laudo et firmo.

/ Testes huius rei sunt: Cardonetus ça Rocha. Berengarius Bruneti de Pratis et Johannes de Prato presbiter.

/12 Ego Petrus de Moraria, regents scribaniam de Pratis pro fratre Bernardo de Ribalta, rectore et notario publico loci eiusdem predictis interfui, et hoc scripsi et / clausi hoc meo Sig+no^a.

a. Signe autografat i decorat.

137 bis.

1323, gener 26. Mas de ça Bassa. Castellar
Trasllat fet 1341. Guillem Torner, fill de Pere Torner de Prats, ven i entrega a Pere de Vilaseca, habitant de Solanelles, un tros de terra que té en el terme de Puigdemàger, al lloc dit "Als Loas", sota el domini de l'abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura. El constitueix senyor i procurador del lloc. El preu és de 140 sous i un cens anual de 2 diners que ha de pagar a Jaume ça Riera. Terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.166, n. 7. Perg.
365/240. Mal conservat, amb taques d'humitat per la part dreta. Còpia en abstracte.

Hoc est translatum sumptum fideliter, duo decimo kalendas madii, anno Domini Millesimo Trecentesimo Quagragesimo Primo, a quondam vendicionis instrumento cuius tenor noscitur esse tali. Sit omnibus manifestum quod (ego)^a / Guillermus Torner, filius Petro Torner de Pratis, per me et meos presentes pariter ac futuros, gratis et ex certa sciencia, vendo et ex causa vendicionis concedo et trado vobis Petre de Villasica de Solanellis et vestris, et (...)^b, et /3 cui sive quibus volueritis perpetuo, quandam sortem terram quam habeo et habere debeo in termino de Podio de Mager, loco vocato Als Loas, sub dominio et alodio venerabilis abbatisse monasterii Vallis Laure, cum introitibus et exitibus, / pertinentiis et iuribus eiusdem. Affrontat autem dicta pecia terre, ex una parte cum honore vestri emptoris predicti, de secunda vero parte cum honore Petri den Agramunt de Podio Mager, de tertia vero parte cum honore /

a. Taca, interpretem.

b. Taca, falta una paraula.

Bertholini de Solanellis, hanc autem vendicionem facio vobis et vestris, et cui sive quibus volueritis perpetuo de predicta pecia terre, pure, libere et absolute et sine condicione et retencione mei et meorum. Salvo tamen iure et dominio (dicte)^c /6 venerabilis abbatisse Vallis Laure. Et salvo etiam que facitis et facere teneamini Iacobo ça Riera de Solanellis, .duos. denarios censuales annuatim, solvendos in festo Sancti Michaelis mensis septembre. Extraens pre(senta)^d / que vobis vendo de iure dominio et posse mei et meorum. Eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque ius et dominium et posse, mito et transfero irrevocabiliter, sicut melius dici et intelligi pote, ad vestrum (como)-/dum^e et vestrorum. Et cum hoc publico instrumento perpetuo valituro, induco vos de predictis omnibus et singulis, que vobis vendo in corporalem possessionem pleno iure, tanquam in rem vestram propriam ad faciendam inde vestram (volun)^f-/9 tate. Et ex causa huius vendicionis, dono vobis et vestris et cui sive quibus volueritis, pepetuo omnia iura et omnes acciones reales et pesonales, utiles et directas et alias quascumque que michi competunt vel possunt (competere)^g / in predictis que vobis vendo et contra quascumque personas et res racione eorum. Quibus iuribus et accionibus meis, predictis possitis vos et quos volueritis uti agere et experiri, deffendere, excipere et (...) ^h / et proponere et omnia alia facere, in iudicio et extra quem ad modum ego possem. Ego enim facio et constituo vos in hiis, dominum et procuraorem ut in rem vestram propriam ad faciendum inde vestram voluntatem. (Pro)ⁱ /12 preciis autem huius vendicionis, confiteor me habuisse et recepisse a vobis .Centum Quadraginta. solidos Barchinone terni, de quibus boni vestri paccatus sum, super quibus renuncio excepcioni non numerate, peccunie et precii non (...) ^j / non soluti et doli et legi etiam qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur, et omni alii legi iuri rationi et

c. Tacat, interpretem.

d. Idem.

e. Idem.

f. Idem.

g. Idem.

h. Tacat, falten 8 lletres.

i. Tacat, interpretem.

j. Tacat, falten 6 lletres.

consuetudini contra hec repugnantibus, penitus renuncio verum, si dicta vendicio plus iam dicto valet / precio vel est^k in posterum valitura, totum illud plus vobis et vestris scienter et consulte, dono et concedo, in dono perpetuo et irrentabili ad omnes vestras voluntates vestrorumque perpetuo faciendas. In super, convenio et promito vobis, que predicta /15 que vobis vendo, cum omnibus melioramentis vestris faciamus vos et quos volueritis habere, tenere et possidere contra omnes personas. Et inde vobis et vestris semper de firma et legali eviccionem teneri promito. Et per hiis com-/plendis et firmiter attendendis, obligo vobis et vestris omnia bona mea mobilia et immobilia, habita et habenda ubique sint. Renuncians quantum ad hec omni iuri rationi et consuetudini contra hec repugnantibus.

Quod est / actum apud mansum de za Bassa, termini de Castellario, septimo kalendas februarii, anno Domini Millesimo Trecentesimo Vicesimo tercio.

Sig+num Guillermi Torner, venditoris predicti, qui hoc firmo et concedo. Sig+num /18 Bernardi Croati, baiuli venerabile abbatisse Vallis Laure monasterii, qui tercium huius vendicionis habui et recepi, hoc firmo et concedo^l salvo iure et dominio dicte venerabile in omnibus.

Testes huius rei sunt: Petrus za Bassa de / manso de za Bassa. Guillermus Martini, filius Petri Martini et Petrus Morelli de Pratis.

/ Sig+num^m mei Iacobi de Ulugia, auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragone, predictis interfui, hoc scripsi et clausi, die et anno prefixis.

/21 Sig+num Berengarii Mercerii, sub vicarii de Pratis et Segarre pro domino rege, qui huic translato in nostra presencia,

k. est , interlineat.

l. et concedo , interlineat.

m. Signe autografat i decorat.

cum suo originali fideliter comprobato per notarium infrascriptum, nostram prestamus auctoritatem periter et decretum, et / volumus qui in iudicio et extra fides plenaria, ab omnibus habeatur.

/ Sig+numⁿ mei Berengarii Rovira, regentis scribaniam ville de Pratis, pro fratre Francischo Vives, coadiutore perpetuo, rectore ecclesie dicte ville ac notario publico eiusdem, qui hoc translatum a suo ori- /24 ginali fideliter abstractum auctoritzatumque per dictum subvicarium, scribi feci, die et anno predictis, presentibus testibus Petro Viver et Raimundo Scutiferi, cum supraposito in XIII^a linea ubi dicitur, est, et / in XVIII^a linea ubi scribit, et concedo, et cum raso et emendato in eadem linea ubi notatur, in omnibus, et in secundam linea ubi apponitur, et, et clausi.

n. Signe autografat i decorat.

1323, febrer 18. Els Prats del Rei
Trasllat en abstracta, fet 22 de febrer de 1341. Bernat de Joan, de Prats, ven a Pere Sala de Solanelles, un tros de terra que té en el terme de Puigdemàger, en el lloc dit "Coll Degaboleda", que és sota el domini del monestir de Santa Maria de Valldaura. El preu és de 100 sous de Barcelona i un cens anual de 4 diners per Nadal. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 19. Perg.
 274/270. Sombres d'humitat a la part dreta, i un forat abaix a la dreta. Còpia en abstracte.

Hoc est translatum sumptum fideliter decimo kalendas marci anno a Nativitate Domini Millesimo trecentesimo quagragesimo primo, a quodam instrumento cuius / tenor sequitur in hunc modum. Sit omnibus notum quod ego Bernardus Johannis de Pratis, per me et meos presentes et futuros, vendo vobis Petro Sala de /3 Solanellis et vestris perpetuo, licet absenti tanquam presenti, quoddam trocium terre meum quod habeo in termino de Podio Mager in loco que dicitur Col Degaboleda /da, sub dominio et alodio monasterii Sancte Marie Vallis Laure, quod ibi recipit .quatuor. denarios Barchinone monete de terno, annuatim perpetuo in festo Natalis Domini cen-/sualis, quod trocium terre affrontat cum honore Petri de Grevalosa civis Minorise ex parte una, et de alia cum torrente que ibi est, et de alia cum camino /6 publico de Minorisa et de Pratis. Sicut ab omnibus partibus afrontatur et terminatur cum omnibus introitibus et exitibus suis et melioramentis que ibi sunt / et facere volueritis. Ita vobis et vestris et cui volueritis, vendo imperpetuum pure libere et absolute et sine aliqua retencione mei et meorum, salvo pleno iure / censu et dominio dicti monasterii pro precio .Centum.

solidos Barchinone monete terni, de quibus a vobis sum bene paccatus. Renunciando excepcioni peccunie non /9 numerate et doli. Et si hec vendicio plus isto precio modo valet ut valebit, deinde totum vobis et vestris dono et remito ex certa sciencia im-/ perpetum. Renunciando specialiter, illi legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur. Et cum hoc presenti publico instrumento perpetuo va-/lituro, introducto inde vos et vestros de presenti incorporalem possessionem et perpetuam tenedonem. Ego autem mei eximus inde semper vobis et vestris /12 guirentes et legales deffensores contra cunctas personas. Et de eviccione et legali guarentia, obligo vobis et vestris me et omnia bona mea mobilia et / inmobilia, habita et habenda ubique. Renuncians quantum ad hoc omni iuri rationi et consuetudini contra hoc repugnantibus.

Actum est hoc duodecimo kalendas / marcii, anno a Nativitate Domini M^o Trecentesimo Vigesimo Tercio.

Sig+num Bernardi Johannis predicti, qui hoc laudo et firmo.

Testes huius /15 rei sunt: Petrus Maçana. Berengarius Clarmunt de Portespana et Romeus, decani de Pratis.

Sig+num Bernardi Croat, baiuli de Solanellis et de Podio / Mager pro venerabilis domina Cilia, Dei gratia abbatissa monasterii Vallis Laure, que dictam vendicionem laudavit et firmavit racione dominii, salvo iure et domino / dicti monasterii in posse mei Petri de Moraria, regentis scribaniam de Pratis, subscripti decimo kalendas marcii anno predicto, presentibus testibus A. Cardo-/18 na et Guillermo de Vilasacra.

Ego Petrus de Moraria regentis scribaniam Pratis, pro fratre Bernardo de Ribalta, rectore et notario publico / loci eiusdem, hoc scripsi et clausi hoc meo Sig+no^a.

/ Sig+num Berengarii Mercerii, subvicarii de Pratis et Segarre pro domino rege, qui huic transumptum a suo originali

fideliter translato, et cum eodem fideliter comprobato /21
nostram prestamus auctoritatem periter et decretum et in iudicio
et extra, ut suo vero originali fides plenaria volumus^b ab
omnibus adhiberi.

/ Sig+num^c mei Berengarii Rovira, regentis scribaniam ville
de Pratis pro fratre Francischo Vives, coadiutore perpetuo,
rectore ecclesie dicte / ville ac notario publico eiusdem, qui
hoc translato a suo originali abstractum auctoritatumque per
dictum subvicarium, scribi fe-/24 ci die et anno quod supra,
presentibus testibus Raimundo Scutifier et Berengario de Turri,
et clausit.

a. Signe autografat i decorat.
b. Volumus interlineat.
c. Signe autografat i molt decorat.

1323, juny 14. Berga

Pere de Montclar, jove, procurador per Bernat d'Aragall, canonge d'Urgell, rector de l'església de Sant Pere de Madrona, ven i concedeix al jutge provincial de Berga, el primer terç, fadiga, domini i laudimia i dret del dit Bernat d'Aragall, de cada pati de terra, o "setio", finestrons de les cases que Jaume de Bancs i esposa Maria, tenen i posseïxen en la vila de Berga, prop de Puig de Lastres. El preu és de 16 sous. Situat al terme de Berga, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.164, n. 20. Perg.
337/285. Mal conservat, molt borrós. Trencat i tacat a la part dreta.

Noverint universi quod ego Petrus de Monteclaro domicellus, procurator venerabilis Bernardi de Aragallo canonici Urgellensis, rectorem ecclesie Sancti Petri de Madrona, de qua quidem procuracione facta fuit / fides notario infrascripto, excerta sciencia, auctoritate dicte procuratoris et mea, vendo et concedo vobis Barcono, provinciali iudico Berge, et vestris et cui sive quibus volueritis, totum primum tercium /3 fathicam, dominium, laudimium et ius michi aut dicto venerabilium Bernardo de Aragallo competens et competiturum, ex prima venditionem seu alienatione que fiet, cum effectu vel que ultimo facta / fuit et que (...) ^a aliquen alium nomine et vice dicte ecclesie Sancti Petri de Madrona firmata non sit, de quodam patio terre sive setio finesfetio domorum, quod Iacobus de Banchs et Maria, uxor / eius comorantes in ville Berge, habent et possident incural opsius ville Berge, prope Podium de Lastres, sub dominio dicte ecclesie, pro ut affrontatur ex una parte in domibus Bernardi Riupullis, textore; ex alia in orto /6 hospital Sancto Johannis Berge, ex alia in patio domorum Berengarii Fuster et in rippe

a. Borrós, illegible.

Podii de Lastres, et ex alia parte in via publica. Predictus itaque dictum primum tercium fathicam, dominium, lau-/dimiam et ius, totum mi et dicto rectori competens et competiturum, ex dicta prima venditione feci alienatione que fiet vel facta sit ultima cum effectu de dicte patio sine domorum facio simul cum toto iure / et dominio dicto rectorum (...) ^b mi pro eo competenti in dicto patio sine setius domorum, /9 quod domibus si fforsam in dicti patio sive serio domorum construatur. Vendo concedo vobis et vestris et cui sive quibus volueritis. Pro precio autem huius vendicionis, accepi a vobis .Sexdecim. solidos monete Bar-/chinone, et ego super quibus qui a vobis bene paccati contentus sum ad voluntatem meam. Renunciando excepcioni precii et peccunie non habite et non recepte et doli, et legi que deceptis ultra dimidiam / iusti precii subvenitur, et omni iuri directo et humano, scripto et non scripto, canonico et civili, comuni et privato, introducto et introducendo seu consuetudinario. Et certifficatur de pluri valencia predic-/12 torum, dono et remito vobis et vestris quicquid hoc que vobis vendo, plus valent vel ad modo valenter precio supradicto. Extraheris hoc omnia singula a meo posse iure dominio et dicti venerabilis / Bernardi de Aragallo et in vestrum vestrorumque ius dominium et posse tanto et transfero irrevocabiliter. Cedens atque dans vobis et vestris in predictis omnia loca mea iura voces, acciones reiales et / personalis, utiles et directas, mixtas et coherentes, et quascumque alias mi et dicti rectori competentis et competere debentis. Quibus possitis vos et vestris et quos volueritis agere uti et experci /15 contra quascumque personas et eorum bona in curia et extra curiam quem ut dicti et extra et etiam ubique quem ad modum dicto rector, aut ego nomine ipsius, facere possemus ante contractum / huius vendicionis. Ita quod positis dictum patium terre sive setius pro domorum ad opus vestri et vestrorum volueritis retinere, et alii seu aliis emptori vel emptoribus concedere, laudare, approbare et firmant-/us coperper tercium et laudimium pro eodem. Quem sine opus vestri vel vestrorum retinueritis sine alii seu aliis laudaveritis vel concesseritis, ego nunc ut ex tunc et tunc ut ex nunc. Laudo approbo /18 et confirmo. Mandans

b. Borrós.

cum hoc publico instrumento notario, qui instrumentum vendicionis conficerit et vos ipsum laudare volueritis quod firmam et subscripcionem nostram et dicti venerabilis rectoris op-/ponat in eodem cum per vos requisitus fuerit, promitens hoc predicta vobis et vestris et quos volueritis facere, tenere, habere et in pace possidere contra omnes, et de eviccione et guirentia legali, teneri promito contra / omnes personas et de eviccione et guirentia legali, teneri promito contra omnes personas et omni contradicenti me ob ponam in tan causa ante causam post causam in iure et extra iure. Pro quibus a me atententis, /21 servandis, complendis obligo vobis et vestris auctoritate dicte procuratoris, omnia loca dicti rector, mobilia et in mobilia, habita et habenda, ubique sint. Renuncians omni iuri rationi et consuetudini ac statuto / quibus possim contra predicta iuvari.

Actum est hoc octavodecimo kalendas iulii, anno Domini Millessimo Trescentesimo vicesimo tercio.

Sig+num Petri de Monteclaro, procuratori predicti, qui hoc laudo et firmo.

/ Testes huius rei sunt: Petrus de Castellario, emptos redditum dicte ecclesie de Madrona. Bernardus de Sancte Eulalia et Raimundus de Aviano.

/24 Sig+num^c Berengarii Cardona, publici notari ville Berge, qui hoc scribi feci et clausit.

c. Signe autografat i decorat.

1323, juliol 18. Església d'Olvan
Trasllat ordinari. Cecília de Cartellà, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura i tot el convent, donen concedeixen, i assignen a Nicolau Casanova, a la seva muller Maria, al seu fill Jaume i muller, tots de la parròquia de Sant Maurici, la terra, vinya i olivers dita "Socarrada", perquè la treballi. Paguen com a cens la tasca de pa i vi, i el dret de tots els fruits, i un parell de gallines anuals per Nadal. Terme de La Quar, comarca del Berguedà.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.165 n. 1. Perg. 235/250. Mal conservat per humitat, amb varies taques i un forat entre línees 17 i 19. Borrós.

Hoc est translatum hordinalis fideliter sumptum tenor huis talis est. Sit omnibus notum quod nos domina Cilia de Cartiliano, Dei / gratia abbatissa monasterii Sancte Marie Vallis Laure, ex certa sciencia, de consilio et voluntate totius nostri conventus, damus et concedimus et /3 assignamus per nos et per omnes nostros successores, scienter et consulte, tibi Nicholau de Cassanova et uxor tue Maria, et Iacobus filius tuis / et Barchinona uxoris dicti Iacobi, de parrochia Sancti Mauricii et omni progenie vestre in perpetuum, illam nostram terram et vineam et oliverios, quam / et quos habemus infra (termi)nos^a qui vocantur Socarada. Sicut afrontatur, ex parte horientis in torrente de Portella, in parte meridie in honore vestre /6 (empt)oribus^b sicut terminan(di)^c est termini sicut ibi posite ex esffixi, ex parte occidentis in via que vadit apud

a. Tacat, interpretem.

b. Borrós, interpretem.

c. Tacat, interpretem.

Valle Laure, ex parte circii in honore meo / Gi. Bassis. Quantum hiis quatuor affrontacionibus includuntur, cum ingressibus et greessibus suis, damus vobis et vestris et cui volueritis, in /perpetuum sicut melius dici et intelligi pote ad vestrum vestrorumque sal(va)mentum^d et bonum intellectum. Ita que bene fidelit(er)^e laboretis et dicto^f vobis et vestris /9 successoribus partibus tascham fideliter paniis et vini et de omni(bus)^g fructibus terre, et faciatis nobis et nostris successoribus censum (...) ^hssa de ceteris / salpice et unum par gallinarum annuatim in festo Natalis Domini. Et nos faciemus tenere et habere in pace, tibi et tuis et cui vol(lueritis con)traⁱ cunctas / personas, salvo iure nostro dominio. Item concedimus vobis et vestris in perpetuum et renunciamus omni iure auxilio sic que non possemus de dicto super-/12 dictis in aliquo convenire seu in causam realis vel nullam gocem movere in iudicio vel extra iudicio absque aliqua retencione et excepcione. / Et propter hanc institutionem et donationem, recepimus a vobis .Centum. solidis Barchinone curribiler de terno, de quibus bene confitemur esse paccate. / Renunciando excepcione non numerate, peccunie et doli. Et siquic plus nobis aut successores nostros competit aut competere pote et (...) ^j /15 totum vobis et vestris in perpetuum damus et renunciamus.

Quod est actum XV kalendas augusti, anno Domini M^o CCC^o vicessimo tercio.

/ Sig+num domina Cilia de Cartuliano, Dei gratia abbatissa predictae, que predicta laudamus, concedimus et firmamus. Sig+num domina / 18 Marquessia de Guardia. Sig+num Constancia de Portella. Sig+num Romia de Alodio, subtus priorissa. Sig+num (...) ^k /tella. Sig+num Sperta cantatrix. Sig+num Sancie de

d. Taca, interpretem.

e. Taca, interpretem.

f. dicto, interlineat.

g. Tacat, interpretem.

h. Borrós i petit forat, falten unes 8 lletres.

i. Forat, interpretem.

j. Borrós, 4 lletres.

k. Forat, falten unes 15 lletres.

Villanova, sacristana. Sig+num Sancie de Fabrica (...)¹. /
Sig+num Alamanda Alamanya. Sig+num Sibilialia de Caslutz. Sig+num
Aliesendis de Moraria, celerera. Sig+num Aliesen(dis)^m /21 de
Castelario. Sig+num Marquessa de Mazanos. Sig+num Sibila de
Queralto. Sig+num Cilie de Munt Corb. Sig+num / Timboris de
Queralto. Sig+num Blancha de Olvan, monaches dicti monasterii,
nos omnes que predictam donationem / laudamus et confirmamus.

/24 Testes huius rei sunt, Bartomeus de Soribes presbiteri
et Bertomeus de Bonets, beneficiatus in dicti monasterii, et /
Petrus bo bailus, dicti monasterii.

/ Sig+numⁿ Bernardi de Solanis, presbiteri regentis
ecclesiam Sancte Marie Dolvan, et Bernardo de Canalibus, rectore
et regentibus dicti, qui hoc scribi feci, cum supra posito in
VIII^a linea ubi dici, dicti, et raso et hemendato (...)° /27
linea ubi dicitur, in aliquo, et clausit die et anno ut supra.

l. Forat, falten 15 lletres.
m. Forat, interpretem
n. Signe autografat i decorat.
o. Forat i trenecat, falten 8 lletres.

1323, setembre 12. Berga

Bartomeu Celarer de Fàbrica, de la parròquia de "Beata"

Eulàlia de Berga, confessa i reconeix davant notari, per tots els seus nats i naixedors, que és home propi, quiet, soliu i natural de Cília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, i del convent del mateix monestir, sobre la concessió i donació feta pel rei Jaume I, en memòria. Promet observar, obeir, respondre i satisfer a ella i al convent i monestir com a home propi. No elegir cap altre senyor o senyora. Fa homenatge de mans i oral a Pere Bo, el seu batlle. Situat el terme de Berga, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 2. Perg. 470/190. Mal conservat, borrós, taques fosques. Té un doble vertical i horitzontal que afecta al text. Una taca vertical a la part esquerra. Borrós especialment la part esquerra. Possem en parèntesi el text interpretat.

Sit omnibus notum quod ego Bartholomeus de Celarer de Fabrica, (de) parroquia Beate Eulalie Berge, ex certa sciencia, per me et omnes meos natos et nascituros, confiteor et recognosco vobis reverentissima domine domine Cilie, digna Dei / providencia, abbatisse monasterii Sancte Marie Vallis (Laure) et conventui eiusdem monasterii, et eidem monasterio in notario infrascripto pro vobis et ipsis pro omnibus terciam personis quarum interest et intererit aut interesse pote et poterit paciscenti /3 ex recipianti, ac etiam (habeo) (...) ^a me esse (hominem) vestris per (propris) quitium, solidum et naturalem dictorum notariorum monasterii et conventui ex concessione et donacione factam dicto monasterio vestro per dominum Iacobum regem Aragonie re / (...) ^b (memorie) convenio et promito vobis

a. Illegible per doblec.

b. Idem.

(et dicti) vestro monasterio et conventui eiusdem, et notario infrascripto pro vobis et ipsis stipulante et recipienti per me et omnes meos natos et nascituros, me servare, obedire, respondere et satisfacere / (...) vobis dicto vestro monasterio et conventui eiusdem et successoribus vestris in dicto vestro monasterio in omnibus et per omnia tanquam dominis meis propriis, quitis, solidis et naturalibus, numquam facere, eligere, vel aclamare alium dominum vel dominam propter /6 hoc ipsius vestrum monasterium et conventum eiusdem et succesores vestros in dicto monasterio, pro quibus omnibus et singulis (...) ^c obligo, vobis et dicto vestro monasterio et conventui eiusdem et successoribus vestris in dicto monasterio et notario infra-/(cripto) (...) ^d vobis et ipsis et pro omnibus etiam personas quarum interest et intererit aut interesse pote et poterit, stipulanti (et recipienti, omnia bona nostra mobilia et immobilia) habita et habenda ubique sint. Et renuncio quantum ad hoc / (iuri nostrum et con)suetudini et omni immunitati et franquitudini cuiuscumque civitatis, ville, castri vel burgi (...) ^e aut immunitatem o franquitatem habitationis vel alia racione possem conocere predicta /9 (...) ^f infrascripta venire. Et ad maiorem cautelam, iuro per dominum Deum et eius Sancte quatuor Evangelia, manus corporaliter tacta, plenam attendere, facere, complire et non aliquo contravenire seu facere aliquo nostre racione vel. / (Ideo et facio) homagium hore et manibus, cum (...) ^g ndando et cuilibet in manibus nostris et in hore Petri Bo baiuli, nec (predictis monasterii vestri) (...) ^h Barchinone et Consuetudinem Cathalonie, ac Furum Aragone / (...) ⁱ omnia et singula supradicta facio, promito in plena et pacistor vobis dicte domine Cilie et conventui et monasterio vestris et successoribus vestris in eidem monasterio et notario infrascripto, tanquam publice persone pro vobis et dicti monasterii /12 et conventui vestris et successoribus vestris in dicto monasterio (et)

c. Idem.
d. Idem.
e. Idem.
f. Idem.
g. Idem.
h. Idem.
i. Idem.

omnibus (...) ^j personas quarum interest et intererit aut interesse pote et poterit paciscenti et recipienti ac etiam legitimi stipulanti.

Quod est actum pridie idus septembre, / (anno) Domini M^o CCC^o vicessimo tercio.

Sig+num Bartholomei Celarer predicti, qui predicta laudo, concedo et firmo et iuro, atque hominagium facio ut superius continetur.

/ Testes huius rei sunt : Petrus de Sancta Crucium, Raimundus, scriptoris iuriperitis. Berengarius Baladreti. Arnaldus Merles, presbiteri. Berengarius de Prixana atque Petrus Bo baiulus predictis.

/15 Sig+num^k mei Raimundii de Soribes, notarii publici ville Berge, qui hoc scribi fecit et clausi.

j. Idem.

k. Signe autografat i decorat.

1324, febrer 23. Església de Solanelles
Trasllat fet en abril de 1341. Berenguer Micer de Prats, ven i entrega corporalment a Pere Sala, els casals que té en el terme del castell de Puigdemàger en el lloc dit "Vila Ganela". Ho ven pel preu de 20 sous. Signa Bernat Croat, batlle de l'abadessa de Santa Maria de Valldaura, que rep ple dret d'aquesta venda en nom de l'abadessa. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 3. Perg.
 235/240. Còpia en abstracte.

Hoc est translatum fideliter scriptum idus aprilis, anno Domini Millessimo Trecentesimo quadragessimo primo. A quodam instrumento / cuius tenor sequitur in hanc modum. Noverint universi quod ego Berengarius micer de Pratis, de certa sciencia et voluntates libera, cum hoc /3 publico instrumento perpetuo valituro, vendo et corporaliter trado vobis Petro Sala de Solanellis et vestris et quibus volueritis imperpetuum, illos / casals meos et quos ego habeo et teneo et habere debeo in termino de Puig de Mager, in loco qui dicitur vila Ganela, sub do-/minio domine abbatisse Vallis Lauree. Sicut affrontat de prima parte, cum feregenallo Petri den Bertholi, et de secunda cum /6 feregenallo Bertholomei de Perafita, et de alia parte, in casallis Iacobi Çariera. Ita vobis et vestris vendo precio / .Vigenti. solidarum Barchinone de terno, de quibus sum bene vestri paccatus. Renunciando excepcioni dicte venditionis non facte / dicti precii, non numerati et non recepti et doli. Quamquidem vendicionem vobis et vestris facio, cum introitibus et exitibus et cum /9 universis melioramentis ibi facis et faciendis de abissu usque ad celum. Sicut ego melius habeo et habere debeo ad facien-/dum, inde omnes vestras et vestrorum

voluntates perpetuas faciendas, sicut dere vestra propria. Renunciatis expresse iuri succurrenti de-/ceptis in venditionibus ultra dimidia iusti precii, inducens inde vos et vestros incorporalem possessionem et perpetuam tene-/12 donem de predictis, inde ex nostro et meos sine exceptione et retentu. Et insuper promitto vobis et vestris, pro speciali quiren-/tia et securitate, nos et nostros et quos volueritis, semper facere, tenere, habere et in pace possidere, omnia predicta contra cunctas person-/as. Et ad hec et ad predicta, obligo omnia bona mea mobilia et immobilia, habita et habenda vobis et vestris. Et renuncio omni iu-/15 ri rationi constitutioni et consuetudini et omnibus aliis contra predicta facientibus vel aliquod predictorum.

Actum est hoc decimo sep-/timo kalendas marcii, anno Domini Millesimo CCC^o vicessimo quarto.

Sig+num mei prefati Berengarii Micer, venditoris qui hoc / facio, laudo et firmo. Sig+num mei Bernardi Croath, baiuli dicte domine abbatisse Vallis Laure, qui recepto pleno iu-/18 re de predicta venditione, pro dicta domina abbatissa, hoc omnia laudo et firmo, salvo semper dicte abbatisse et suis successoribus pleno / iure et dominio.

Testes huius rei sunt Berengarius de Sent Miquel de Pratis et Berengarius Ritolph de Minorisa, muntus den serrat

/ Ego Iacobus de Soldevila, rector ecclesie de Solanellis et notarius publicus eiusdem loci, qui hoc scribi feci et meum Sig+num^a /21 hoc apposui.

/ Sig+num Berengarii Mercereii, subvicarii de Pratis et Segarre pro domino rege, qui huic traslato cum suo originali fideliter comprobato, nostram prestamus / auctoritatem periter et decretum, et volumus in iudicio et extra, ut suo vero originali fides plenaria ab omnibus adhiberi.

a. Signe autografat.

/24 Sig+num^b mei Berengarii Rovira, regentis scribaniam
ville de Pratis, pro fratre Francisco Vives, coadiutore
perpetuo, / rectore ecclesie dicte ville ac notario publico
eiusdem, qui hoc translatum a suo originali abstractum auctorit-
/zatumque per dictum subvicarium, scribi feci die et anno
predictis, presentibus testibus Raimundo Scutifer et /27
Bernardo de Ferraria, et clausit.

b. Signe autografat i decorat.

1324, agost 23. Església de Solanelles
Jaume Ça Riera i la seva muller Jacmeta, habitants de Solanelles, venen i concedeixen en títol de venda a perpetuïtat, a Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura i a la domna Esperte, monja i cantora del monestir, el censal de 4 sous i 3 denaris, d'aquells tros de terra anomenada "Coma de Trànsit", en el terme de Puigdemàger, que tenen per l'abadessa i el monestir. El preu és de 100 sous. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaur, c.165, n. 4. Perg.
 260/260. Mal conservat, borrós i fluix, especialment al final del document.

Noverint universi quod nos Iacobus de Çariera et uxor eius Jacmeta, habitatoris de Solanellis, per nos et omnes heredes et successores nostros, vendimus et titulo presente ven-/ditionis, concedimus nunc, et imperpetuum, vobis reverendissime domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii Vallis Laure, et vobis venerabili domine Esperte, monache et cantrici /3 ipsius monasterii, licet absentibus tanquam presentibus, .quatuor, solidos et .III. denarios monete Barchinone de terno, censuales in illo et super illo trocio terre quod vocator Coma de Tran-/sito in termino de Podio Mager. Sicut affrontat a prima parte, in sorte Petri Sala, et de secunda parte in camino quo itur apud ça forca, et de tertia in honore Petri / Soler Sancti Iacobii de Calaf, quod trocium terre tenemus pro vobis dicta domina abbatissa et pro vestro monasterio supradicto. Et sub dominio districtu et alodio meo et nostro /6 monasterii, predictum vero censum, franchum et liberum ab omnibus servitutibus realibus et personalibus, promitimus facere et prestare nos et nostros successores pro dicto trocio / terre, vobis et dicte domine

Esperte, cum in omnibus diebus vite nostre quolibet anno, de cetero in festo Omnium Sanctorum adiare, et cui vos mandaveritis. Et etiam promittimus / sub firma stipulacione, vobis domine abbatisse domine nostri et nostri hospicii ac totius loci de Solanellis supradicti vite et nomine vestri et monasterii prelibati. Quod /9 nos et nostri successoris dabimus et prestabimus in pace, vobis et vestris successoribus in eodem monasterio vel baiulo vestro de Solanellis et vestrorum qui pro tempore fuerit / in festo predicto adiate, sine aliqua contrarietate et missione vestri et vestrorum, totum prefatum censum .IIII. solidarum, et trium denarium imperpetuum, post obitum predictae domine Esperte, / franchum et liberum ut predicti pro trocio supradicto. Et sic damus et cedimus vobis, dicte domine Esperte dum vobis fuerit vita Comes. Et vobis predictae domine abbatisse et con-/12 vento supradicto, imperpetuum omnia loca iura et acciones que nobis et cuilibet nostrum pertineant et pertinere possint in predicto censu et in predicto trocio terre racione eiusdem. / Et nos constituimus in predictis, veras dominas acciones pertinentes ut iurem nostram propriam. Et in super cum hoc publico instrumento, omni tempore valituro, mittimus / vos dictas emptitores de dicto censu et de predicto trocio terre, racione ipsius census in possessorem vel quia ad habendum ipsum censum, percipiendum, tenendum et /15 possidendum, dandum, vendendum seu alienandum et faciendum in omnibus vestram voluntatem et vestrorum. Hanc autem venditionem facimus vobis et / vestris precio .Centum. solidarum Barchinone de terno, quos a vobis habuimus et recepimus quitios a tercio et bene peccati sumus. Ideoque renunciamus omni^a excepcioni / dicte pecunie, non numerate et non recepte et doli et legi que subvenit deceptis in venditionibus ultra dimidiam iusti precii et omni alii iuri voci et /18 consuetudini contra hoc repugnantibus. Dantes vel remittentes vobis perpetuo et vestris siquid venditio plus valet vel valebit precio supradicto. Quamquidem / venditionem promittimus semper, vos et vestros et dictum monasterium et quos volueritis, facere, tenere, habere, percipere et possidere contra omnes personas in pace / ante causam et in causa et post causam. Et in iure et extra ius pro

a. omni, interlineat.

ut melius et utilius dici pote seu cogitavi, ad totum comodum nostrum et nostrorum, at etiam /21 salvamentum obligantes vobis et vestris propter hoc. Et per legali iusticia et eviccione predictorum et notario infrascripto nomine vestri et vestrorum hec recipienti / a nobis et legitime stipulanti, nos et omnia bona nostra habita et habenda ubique. Et ut hoc omnia et singula, maiorum gaudeant firmitate, ego dicta / Jacmeta cerciorata de iure meo per notarium subscriptum, liberent renuncio beneficio senatus, consulti velleianii et iuri sponsaliciu mearum. Et gratis iuro /24 per Deum et eius Sancta quatuor Evangelia, meas manibus tacta, predictam vendicionem et omnia supradicta tenere et observare et non contravenire aliqua accione / unquam per me vel interpositam personam.

Actum est hoc X^o kalendas septembre, anno Domini M^o CCC^o XX^o quarto.

Sig+num Iacobii Çariera. Sig+num / Jacmeta eius uxore, predictorum qui hoc concedimus et firmamus. Et ego dicta Jacmeta suo.

Testes huius rei sunt: Simon de Canalera et Petrus /27 Barades de Solanelles.

Sig+num^b mei Iacobi de Soldevila, rectoris ecclesie de Solanellis et notari publici dicti loci, cum supra-/posit in sexta X^a linea ubi dici, omni, et clausit.

b. Signe autografat i decorat.

1324, novembre 30. Església del castell de Sent Domí
 Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, de
 l'Orde del Císter, i tot el convent, concedeixen a
 perpetuitat i estableixen a Pere Arbet i al seu fill
 Peret d'Arbet, homes seus del castell de Sent Domí,
 totes les jornades, batudes, arades, femades, tirades i
 veremades i veremadors, que tenen i deuen rebre, i
 convenien amb els homes i masos del lloc de Sent Domí i
 el seu terme. Dóna tot dret de veus, accions reals i
 personals, útils, directes que tenen. Paga un cens anual
 de 20 sous: 10 per la festa de Sant Miquel, i 10 per
 Nadal. Per la concessió de l'establiment paga 50 sous.
 Situat al terme de Sant Guim de Freixenet, comarca de la
 Segarra.

A.

B.

C. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 5. Perg.
 315/200. Document en alfabet diviso. Alguna taca
 petita. Les tres línees primeres borroses i fluixes.

Noverint universi quod nos Cilie, Dei gratia abbatissa
 monasterii Vallis Laure, hordinis cisterciencis diocesis
 Urgellen, de consilio nobilis nostri conventus, ex certa
 sciencia, per / nos omnes successores nostras, concedimus in
 perpetuum stabilimus vobis Petro Arbert, et Pericono Arbert
 filio tuo, homines nostros de Sent Domi, et vestris et cui
 volueritis, perpetuo omnes et /3 singulas iovas, batudas seu
 aradas, fematas, tiratas, vendemiatas et vendemiatos, que nos
 habemus et recepimus seu habere et recepere debemus et
 consuevimus, in homini-/bus et mansis nostris loci predicti de
 Sent Domii et terminis eiusdem, dantes, concedentes vobis et
 vestris perpetuo in predictis, quolibet eorum omnia iura voces
 et acciones reales et personales uti-/les et directas et mixtas,
 quascumque alias vobis et monasterii vestri competentes et

competere debentes in predictis et eorum cuilibet aliquam rationem, vos vero dicti Petri Arbert et Pericono /6 Arbert filius eius, et vestri providentes dictis hominibus vestris, qui predicta facere debent et tenentur omnia et singula in quibus vos eiusdem providere debemus et teneamini eos providere, sicut / modo est dicti castri nostri de Sent Domii, et quilibet eorum (...) ^a nos a dominio iure et vinculo et posse nostre et nostrorum constituentes nos domini in predictis ne in rem vestram / propiam, ad vendendum, dandum, alienandum ad omnes vestras que voluntates perpetuo libere faciendas, promittentes vobis nichilominus et cuius predicta que tibi damus, facere, tenere et habere et in pace perpetuo /9 possidere contra cunctas personas, libere et quiete sue obligatione omnium bonorum et nostri monasterii, habita et habenda ubique sint, longe vel prope vero tamen vendere vel inpignori-/norare volueritis, primo vobis et nostris faticham decem dierum faciatis, et si comuni precio que alia pote dare voluerit retinent voluerimus, sit licitum vobis et vestris alias positis ven-/dere vel inpignori, dare vel legare nostris consimilibus et non aliis, salvo tamen etiam iure nostra, et faticham et dominio in omnibus et singulis supradictis. Et nichilominus salvitis /12 vobis et successoribus vestris, perpetuo annuatim pro censu .Viginti. solidos Barchinone terni, videlicet, in festo Sancte Michaelis mensis septembris qui .decem. solidos, in festo Natalis Domini / alios .decem. solidos dicte monete Barchinone terni, rationes et liberas omni exceptione, revoce unde, si plus valeat vel sunt in posterum valitum (totum) ^b vobis et vestris damus, / ad omnes vestras vestrorumque voluntates, et de eviccione, querentia vobis et vestris perpetuo faciemus tenere, possidere contra cunctas personas sub obligatione omnium bonorum dicti monasterii mobilium /15 et in mobilia, habitorum habendorum. Et ad hoc ego Petrus Arbert et Periconus filius eius, recipiens a vobis abatissa predicta, concessionem et stabilimentum predictum, promittimus vobis et successoribus vestris, dare et solvere perpetuo annuatim in festi Natalibus predictis censum supradictum, quibus attendendis et complendis, obligamus vobis et

a. Borrós, una paraula.
b. Borrós, una paraula.

vestris successoribus, nos et omnia bona nostra mobi-/lia in mobilia habita et habenda ubique sint, longe vel prope, volumus etiam vos dicta abatissa et concedimus vobis dicto Petro Albert et Pericono, filio tuo et vestris, quod possitis acceptare /18 nostra mandare et compellere seu distringere iovas, batudas seu tiradas et femadas tiratas, vendemiatas et vendemiatos et forcias et pennas in ponent / ac ipsam penna si necesse fuerit pignorarare et ipsas vendere sent de pena predicta per vos in positam, nos et successores nostras medietatem habeamus, et vos et vestri oblige / medietatem haberatis, mandantes auctoritatem huius publici instrumenti vigere plene in hac parte, gerentis baiulo nostro dicti loci de Sent Domii, qui nunc est pro tempore /21 fuerit pro presentem concessionem et stabilimentum perpetuo teneat in violabiliter et observet confitentes vobis, et per hanc autem concessionem et stabilimentum habuimus et recipimus a vobis nu-/merando .quingenta. solidos Barchinone terni, de quibus vobis bene paccati sumus pariter et contente. Renunciantes omni exceptioni pecunie non numerate, non habite et non recepte / et accioni in factum et doli, promittimus vobis que omnia predicta faciemus vobis et vestris habere, tenere, possidere contra cunctas personas sub obligationem omnium bonorum nostri monasterii, nos omnis /24 predicta renunciamus quantum ad hoc, omni iuri legi usatico et consuetudini contra hoc repugnantibus.

Actum es hoc pridie kalendas decembris, anno Domini M° CCC° XX° IIII.

Sig+num / domine abatissa predicta, que omnia predicta firmo et concedo, laudo et aprobo. Sig+num Petri Arbet. Sig+num Pericono Arbet, qui predicta concedimus et firmamus.

Testes meus rei sunt: / Berengarii de Moros de Sent Domii. Bertolomei Sera, rectore ecclesie de Meranges et P. Be. Scutifer dicta abatissa, testium.

Sig+num^c Petri, decani ville, notarii publici de Luzsano, in /27 cuius manu et posse domine Constancia, priorissa. Romia de Alodio, subpriorissa. Sperta Paschale, cantatrix. Aliesendis de Moraria, subcantatrix. Timbors de Portella, hostalaria. Sancia de Fabrica, pietaria. Sancia de Vilanova, sacristana. Alamanda Alaman, omnes moniales et de conventu dicti monasteri de Vallaura, firmamus.

Hoc est in (...) ^d quarto nonas / iulii, anno Domini M^o CCC^o XX^o IV^o, presentibus Petrus de Fondavila, Berenhgarius de Ollizinosa et Bartholomei de Bonets, presentis.

Ego Bernardus Bassa, rector ecclesia de Sent Domii, qui hoc scripsi sicut litera /30 patet, et meum apposii Sig+num^e.

ABC

ABC

ABC

c. Signe autografat i decorat.
d. Borrós, illegible.
e. Signe autografat i decorat.

1325, febrer 16.

Jaume Ça Riera i la seva muller Jacmeta, de Solanelles, confessem i reconeixen haver rebut de domna Esperta Pasqual, monja i cantatriu del monestir de Santa Maria de Valldaura, per mans del notari, els 100 sous barcelonis, corresponents a aquella venda de cens que van fer, de 4 sous i 3 diners, sobre un tros de terra nostra. Fan albarà. Situat al terme d'El Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 6. Perg.
180/175. Mal conservat, borrós i fluix.

Sit omnibus notum quod nos Iacobus Çariera et uxor eius, Jacmeta de Solanellis, con-/fitemus et recognoscimus vobis religiose domine Sperte Pasquala^a, moniali et canctrici monasterii /3 Vallis Laure, absenti tanquam presenti notario subscripto meo nomine, exhiginti et recipienti que / solvistis et tradidistis nobis omnes illos .Centum. solidos Barchinone monete de terno, quos nobis / dare promisistis, ratione illius venditionis quam vobis fecimus scilicet, de .quartuor. solidos et /6 tribus denariis Barchinone, censualibus super quadam trocio terre nostro, cum instrumento publico ut / in eo lacius continetur, et de quibus a vobis bene paccati sumus nostre voluntati. Et ideo re-/nuntiamus excepcioni non habita et non recepte dicte peccunie et doli, super quibus vos absol-/9 vimus facientes vobis super ipsis .Centum. solidos, bonum finem et perpetuum pactum de non pe-/tendo, nobisque et nostris super ipsis .Centum. solidos, perpetuum silentium imponendo. Et presens / albaranum vobis facimus de receptis.

Actum est hoc XIIII^o kalendas marcii, anno a Nativi-/12

a. Pasquala interlineat.

tate Domini Millesimo Trescentecio Vicensio Quinto.

Sig+num Iacobi Çariera. Sig+num / Jacmete eius uxoris,
predictorum qui hoc concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt / Iacobus Angles et Bartholomeus de
Perafita de Solanellis.

/15 Sig+num^b mei Lombardi Valenti, illustrissimi domini
regis Aragone, auctoritate per / totam terram et dominationem
eiusdem, notarii publici, qui predictis instrumenti et hoc
scripsi, cum / appposito in II^a linea ubi dici, Pasquala, et
clausi.

b. Signe autografat i decorat.

1325, març 7. Església de Sent Domí
*Pere Soler, del castell de Sent Domí, i Berenguer Durban
 també del castell de Sent Domí, per separat, però en
 el mateix pergamí, confessen i reconeixen a Cecília,
 abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, de
 l'Orde del Cister, ser homes seus i del monestir, propis,
 solius, afocats i naturals. Prometen no elegir altre
 senyor o senyores, ser bons i obedients, legals i fidels.
 Fan homenatge de mans i oral. Testimonis són Pere Arbet i
 P. de Cardona. Situat al terme de Sant Guim de Freixenet,
 comarca de la Segarra.*

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 7. Perg.
 170/325. Mal conservat, taques d'humitat. En el
 pergamí consten dos documents que anomenam A. i B.

A.

Noverint universi quod ego Petrus Soler, habitator castr
 de Sent Domii, confiteor et / in veritate recognosco vobis,
 venerabili et religiose domine domine Cilie, Dei gratia /3
 abatisse monasterii Valis Laure, ordinis cisterciensis, que sum
 per me et me-/os, homo vestro et dicti vestri monasterii,
 proprius, soli(dus)^a et afocatus ac etiam naturaliis, /
 promitens vobis dicte domine abatisse, que ego vel meis non
 eligemus alium domi-/6 num seu dominas nissi vos et successores
 vestras et monasterii supradicti. Et / ero vobis et
 successoribus vestris et dicto monasterio, per me et successores
 mei, / bonus et obediens et legalis et fidelis procurabo que
 vobis et successoribus vestris /9 et monasterio predicto, omni
 utilia que potero et profectum et defendam vos et dictum /
 monasterium, et manu tenebo pro posse meo, sicut homo proprius,
 solidus, afo-/catus et naturalis, facere debet et teneatur suo

domino naturali. Et de presenti, /12 vobis dicte domine abbatisse, ex inde omagium facio ore et manibus propriis comen- /datum.

Actum est hoc III° idus novembris, anno Domini M° CCC° XXIIII°.

/ Sig+num P. Soler predicti, qui predicti concedo et firmo.

Testes huius rei /15 sunt P. Arbert et P. Cardona de Sent Domii.

Testium, ego Bernardus Bassa, / rector ecclesie de Sent Domii, qui hoc scripsi et meum aposui Sig+num^b.

B.

Noverint universis quod ego Berengarius Durban, habitator castrum de Sent Domii, confite-/or et in veritate recognosco vobis venerabili et religiose domine domine Cilie, Dei /3 gratia abbatisse monasterii Valis Laure, ordinis cisterciense, licet absenti / tamquam presenti, et notario infrascripto pro vobis legitime stipulanti, que sum per / me et meos, homo vestre et dicti vestri monasterii, proprius, solidus, et afocatus ac etiam /6 naturalis, promittens vobis dicte domine abbatisse, que ego vel meis non eli-/gemus alium dominum seu dominas, nisi vos et successores vestras et / monasterio supradicti, et ero vobis et successoribus vestris et dicto monasterio per /9 me et successores mei, bonus et obediens et legalis et fidelis procurabo, / que vobis et successoribus vestris et monasterio predicto, omnia utilia que po-/tero et profectum et defendam vos et dictum monasterium et manu tene-/12 bo pro posse meo, sicut homo proprius, solidus, et afocatus et naturalis, fa-/cere debet et tenetur suo domino naturali, et de presenti facio in persona / vestra Petro Cardona, baiulus vestre de Sent Domii, ex inde

a. Tacat, interpretem.

b. Signe autografat i decorat.

omagium ore et /15 manibus propriis comendatum.

Actum est hoc nonas marcii, anno / Domini M° CCC° XXV°.

Sig+num Berengarii Durban predicti, qui predictam / concedo
et firmo.

Testes huius rei sunt Bernardus Canalera et /18 P. Arbert
de Sent Domii.

Testium ego Bernardus Bassa, rector ecclesie / de Sent
Domii, qui hoc scripsi et apossiu Sig+num^c.

c. Signe autografat i decorat.

1325, setembre 18. Avignó

Papa Joan XXII, mana el trasllat de Constaça de Portella, monja del monestir de Santa Maria de Valldaura, de l'Orde del Cister, al monestir de Vallbona, de la mateixa orde, amb una altra monja escollida per ella, degut a la pobresa del monestir. Terme d'Olvan, comarca del Berguedà.

A.S.V., R.A. 24, fol 48v-49.

B.

Ad venerabili fratri Archiepiscopo Terraconense. Salute illis libenter personis sedes apostolica pia mater consuevit in gratiis-/se reddere liberalem que mundanis illecebris relegatis per eremitas incedendo virtutum sub regulari /3 habitu domino famulantur. Cum itaque sicut pro parte dilecte in Xhristo, filie Constancie de Portella, moni-/alis monasterii de Valle Laurea, cistercense ordinis, Urgellen diocesis, nobis exhibita petitio continebat / eadem Constancia, cum una ex monialibus eiusdem monasterii quam duxerit eligendam ex eo /6 quod idem monasterium paupertate oppressum existit ad monasterium de Vallebona eiusdem ordis / Terraconense diocesis, quod ut magis habundans omnis huiusmodi poterit decencius supportare. Se trans-/ferre desiteret et in eo virtutum domino famulari fraternitati tue per apostolica scripta, mandamus quatenus /9 si sine onere gravi eiusdem monasterii de Vallebona fieri possit, et aliud canonicum non obsistat / prefatam Constanciam, cum una ex dictis monialibus eiusdem monasterii de Valle Laura, quam eadem / Constancia ut premittitur duxerit eligendam de ipso monasterio de Valle Laura ad monasterium /12 de Vallebona predictum, autoritate apostolica transferre procures ipsasque facias per te vel alium seu alios / in eodem monasterio, recipi in monachas et

sorores et sincera in domino Caritate tractari. Et / non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus monasteriorum et ordinis /15 predictorum contrariis iuramento confirmatem apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis / seu si pro aliis ibidem quibus per hoc nulum preiudicium gravetur scripta forsitam apostolica sint / directa. Aut si dilectis in Xhristo filiabus, abbatisse et conventui eiusdem monasterii de Vallbona /18 vel quibus ius aliis comiter vel divisim, a sede apostolica sit indultum quod ad receptionem aliter / minime teneantur. Et ad id compelli seu quod interdici suspendi vel excomitari non possint. / Per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto // 21 de huiusmodi mencionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generaliter vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam / presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediti valeat quomodolibet vel differri / et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Contraditores per censuram Ecclesiasticam apostolice postposita compescendo.

Datum Avinnione XIIII kalendas october, anno decimo.

1325, desembre 19. Els Prats del Rei
Guillermó Martí, fill de Pere Martí de Prats, procurador de Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura i del convent del mateix monestir; amb l'autoritat de procurador i potestat concedida per l'abadessa i convent, reconeguda per document públic fet pel frare Bernat de Quintana del monestir de Sant Pere de Portella, en que reconeixia a Guillermó, fill i hereu universal de Pere de Morera, mort, haver intervingut en el tracta sobre el cens de 12 diners que Pere de Morera abans de morir va reconeixer que rebia i devia anualment, per cada peça de terra en el terme del castell de Puigdemàger sota el domini del monestir de Santa Maria de Valldaura, i que el dit tros van vendre a Jaume Anglés de Solanelles, sense fer menció del cens de 12 diners. Fan acte de composició i avinença pel dit cens, passats 30 anys. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldura, c.165, n. 8. Perg.
 520/330. Document partit per ABC. La lletra inicial dibuixada. Té tres forats a la part del mig i d'abaix, i algunes taques borroses. Mal conservat.

ABC

ABC

ABC

Novierunt universi quod ego Guillermonus Martini, filius Petri Martini de Pratis, procurator domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii Vallis Laure et conventus eiusdem, auctoritate dicte procurationis et ex potestate michi concessa per dictam dominam abbatissam et per conventum dicti sui monasterii, / facta fide de procuratione per publicum instrumentum confectum per manum fratris Bernardi Quintini, monachi monasterii Sancti Petri de Portella, regentis ecclesiam Sancti Mauricii, sub kalendario nonas ianuarii, anno Domini Millesimo Trecentesimo vicensio quinto, recognosco vobis Guillermono, filio et /3 heredi universali Petri de Moraria

quondam, que vos interveniente tractatu amicorum meorum venistis mecum ad bonum et legale compotum et plenariam satisfaccionem, de quodam censu .duodecim. denariorum, quem dictus Petrus de Moraria quondam, recognociit in infirmitate qua decessit debere, / recipere et habere annuatim, super quadam pecia terre situata in termino castris de Podio Mager, sub iure et dominio dicti monasterii Vallis Laure. Quod dictum trocium terre seu peciam, Guillelmus de Moraria, pater dicti Petri de Moraria quondam, et dictus Petrus, vendiderunt Iacobo Angles de / Solanellis, nulla habita mencione de dicto censu dictorum .duodecim. denariorum censualium quem ut dictum est dictum monasterium, super dicta pecia terre habere debet et consuevit. Recognoscens que vos dictus Guillelmus Morera, satisfecistis et persolvistis michi nomine et vice dicti /6 monasterii et ut procuratori eiusdem, pro censu fallito et cessato a triginta annis circa facta inter nos compositione et avinencia .Triginta. solidos monete Barchinone de terno. De quibus .Triginta. solidos vos dictus Guillelmus, secundum Deum et forum anime, michi satisfecistis nomine / vice et auctotitate quibus supra. Imponens michi, nomine dicti monasterii et domine abbatisse eiusdem, super dicta peccunie quantitate, silentium sempiternum. Et quia vos dictus Guillelmonus, de consensu et voluntatem amicorum vestrorum, recognoscistis et recognocitis, que dictus census de dicta / pecia terre fuit cessatus a dicto tempore circa. Et que nunc multis, que dictus census fiat dicto monasterio et abbatisse eiusdem singulis annis. Et multis etiam que nos teneamini ad solucionem dicti census. Pro cuius prestacione et solucione, obligatis dicto monasterio et eius abba-/9 tisse, quandam peciam terre quam similiter habetis, tenetis et possidetis in termino de Solanellis sub iure et dominio eiusdem monasterii. Quod trocium nominatur Coma, confrontatur ex una parte cum honoribus Iacobi Angles, et ex alia cum honore Petri Morelli, et ex alia cum honore / beati Bartholomei, situati in ecclesia de Pratis. Et multis etiam que dicta pecia terre (...) ^a est confrontata, sit perpetuo obligata ad dictum censum, cum toto eo iure que dictum monasterium et eius abbatissa habent et habere debent, super dicta pecia terra, racione impositacionis / dicti census. Et

a. Taca, falten dos paraules.

ali ut dictum monasterium et eius abbatisa sunt soliti recipere (alios census)^b quos recipiunt infra terminos dicti castri de Solanellis. (M)ultis etiam et conceditis, que dictus census persolvatur singulis annis in festo Nativitatis Domini. Ideoque, gratis /12 et ex certa sciencia et auctoritate dicte procuratonis, et nomine et (vice)(...)^c monasterii et abbatisse eiusdem, confirmo, laudo et aprobo vobis dicto Guillermono de Moraria, ut filio et heredi predictorum Guillermi et Petri de Moraria predecessorum (vestro)rum, illam vendi-/cionem quam fecerunt predicti predecessores vestris dicto Iacobo Angles, (de dicta pecia terra) (...)^d per eos predicto Iacobo facta extitit. Salvo tamen iure dominii directo dicto monasterio et abbatisse eiusdem, quod habent et habere debent in dicta pecia terre. Itaque de cetero / dictum monasterium, nec eius domina abbatisa, racione dicti census cessati. Nec (racione)^e quia fuit venditum per antedictos, sine expresione census predicti, non possint de inde movere aliquam demandam nec questionem contra vos, nec contra dictum Iacobum Angles, /15 qui causam habet in dicta pecia terre a vobis dicto Guillermono, tanquam ab herede predictorum predecessorum vestrorum et ab ipsis predecessoribus vestris. Immo, super accione et demanda, sit impositum silencium sempiternum, dicto monasterio et abbatisse eiusdem et suo conventui, et michi / nomine et vice ipsorum, et omnibus aliis quibus interesse potest, et in futurum, in casibus supra expressatis. Promitens per firmam et sollempnem stipulacionem, vobis dicto Guillermono de Moraria, a me stipulanti et recipienti, nomine dicti monasterii, et dicte domine abbatisse et / notario infrascripto, dictam stipulacionem recipienti, nominibus quibus supra et quorum interest et interesse poterit, que dicta domina abbatisa et eius conventus et successores eorum, habebunt ratum et firmum, nunc et in perpetuum, predictam difinicionem et permutacionem, /18 et que nullo cause ipsas revocab(unt)^f. Immo ipsas observabunt, et facient observari ut supra continetur. Et ego dictus

b. Taca, interpretem.

c. Taca, idem.

d. Taca, idem.

e. Trencat, interpretem.

f. Tacat, idem.

procurator(i)(...)^g odo et nominibus quibus supra. Renuncio omni iuri, scripto et non scripto, singulari, publico et privato ac omni alii iuri rationi et / consuetudini, quibus (dicta)^h domina abbatissa et eius conventus, nec ego nomine eorumdem, possemus nunc vel in futurum co(...)ⁱ ssa, in aliquo adiuvari.

Ad hoc ego Guillermonus de Moraria predictus, concepcionis omnibus et singulis supradictis confi-/tens me esse maiorem sexdecim annorum, gratis et ex certa sciencia, de consilio et voluntate amicorum meorum, et cum tractatu eorum, promito vobis dicto procuratori, nomine dicti monasterii et abbatisse et conventus eiusdem et notario infrascripto stipulanti et recipienti /21 nomine dicti monasterii et abbatisse et conventus eiusdem, que faciam complebo et servabo omnia supradicta per me et successores meos, sub obligatione omnium bonorum meorum mobilium et immobilium, habitorum et habendorum. Et ad maiorem firmitatem eorum, ego / dictus Guillermonus, iuro per (Deum et eius)^j Sancta quatuor Evangelia, manibus meis corporaliter tacta, omnia et singula (supra)dicta^k, facere, tenere et observare et nunquam in aliquo contravenire per me nec per successores meos nec per aliquam interpositam / personam, et gratis et ex certa (sciencia)^l et de consilio amicorum meorum, facio dictam convencionem et promission(em) et recipio a vobis dicto procuratore nomine eorum quorum estis procurator. Et renuncio quantum ad hoc, omni iuri ra(cioni)^m et consuetudini contra hec /24 repugnantibus.

Actum est hoc quarto(decimo) kalendas ianuarii, anno Domini Millesimo Trecentesimo vicessimo sexto.

Sig+num Guillermoni Martini, procuratoris predicti, qui nomine et auctoritate quibus supra, predicta laudo, concedo et firmo. Sig+num Guiller-/moni de Moraria predicti, qui de

g. Tacat, falta 1 paraula.

h. Borrós, interpretem.

i. Trencat, falten 7 lletres.

j. Borrós, interpretem.

k. Idem.

l. Idem.

m. Idem.

assensu, consilio et voluntate amicorum meorum, predicta omnia laudo, concedo (...)ⁿ.

Testes huius rei sunt: Petrus Germani de Pratis. Petrus de Moraria, presbiteri et Franciscus Borrelli de la / Tayllada.

/27 Sig+num^o mei Iacobi de Ulugia, regentis scribaniam ville de Pratis, pro fratre Bernardo de Ribalta, rectore et not(ario) publico eiusdem, (qui hoc)^p scripsi et clausi.

n. Trencat, falten unes 16 lletres.
o. Signe autografat i decorat.
p. Borrós, interpretem.

1327, febrer 17. Berga

Acta feta davant notari, testimonis i conciliaris, en la capella de la vila de Berga, sobre el possible traspàs del monestir de Santa Maria de Valldaura a la vila de Berga. Demanen com a condicions, espai ampli per poder fer monestir amb la deguda clausura, dins d'un any. Tot concretant que necessiten unes dos o tres cases. Berga, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 9. Perg. 620/260. En mal estat, trencat, i perdut en gran part per taques d'humitat, sobretot part dreta. Document partit per ABC. Indicarem amb parèntesi les parts afectades. Illegible des de la línia 5 a la 11.

ABC

ABC

ABC

In Dei nomine. Novenrint universis quod die intitulata tercio decimo kalendas marcii, anno Domini Millessimo Trescentesimo Vicesimo Septimo, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum (Generale)^a consilio Cape(Sancti Petri de Caturcio) interes (...) est facta villa Berga, (...) / (...) ville predictae (...) monasterio monialium Vallis Laure transferri ad villam Berge (in loco) consilium et (...) abatisse et monasterii et conventui eiusdem (...) /3 (...) notario infrascripto (...) et pro omnibus quorum interest et intererit paciscentis et recipientis ac etiam legalem stipulacione (...) continente cum ipsi abatissa et conventus imperaverint (...) et (...) transferendi (...) ad ipsam villam Berge ipsi consiliari et universis propriis (...) / (...) decem et sufficient ad (...) dictum monasterium et facient in dicto spacio terre, clausuram

a. Borrós 6 lletres.

decentem, cum tapiis et crusta intus et foris et edificab(unt)
ecclesiam (decentem) et sufficientem et altaria et unium
(...)mens et extra et Capitulum (...) ...

/12 de (...) exceptis hiis que me (...) dicto loco de Vallaura
pro cellario et familia quam tenebunt in dicto loco de Vallaura
et predicte abatissa el conventus stavi (...) erunt in dicto
palau quecuisque in monasterio ediffi (...) decenter et honeste
(...) / residenciam in monasterio predicto (...) constituendo ad
si predicta omnia dicte abatissa et conventus recusaventur ad
implere quod dicti consiliarii et universitate non tenentur
neque (...)/ ab eo recipeo quo ipsa abatissa et conventus se
translaverit ad villa Berge infra unum annum facient eiusdem
abatisse et conventui clausurata (...) et duas vel tres domos
amplius utiliter que possent se (...) ipsum monasterium
transferri decenter. Et (...) sub (...) /15 ipsis abatisse et
conventui alia ad (...) supradicta sub (...) formis et
condicionibus sua predictis. Et predicta omnia et singula pro ut
(...) supra (...) consiliarii et universitatis fecerunt,
promisserunt fare et stipulata (...) abatisse et conventui licet
absentibus tanquam presentibus (...) / infrascripto nomina
dictorum abatisse et conventus et monialibus, etiam personis
quarum interest intererit et interesse pote et poterit
pacistenti et recipienti legitime stipulanti sub obligatione
omnium bonorum dicte universitate. Et renunciantur omni iuri
rationi et consuetudini quibus (...) possent contra predicta
iuvari.

/17 Est actum die et anno predictis. Presentibus testibus.
Sig+num Iacobus Rotlandi presbiteri, Iacobo Castelli, Bernardo
de Portolil, Petro Coram scriptoribus et Petro Focorb(...).

/18 Sig+num^b Guillermi de Nuce, notarii publici ville
Berge, qui predictos interfui et hec scribi fecit et clausit.

b. Signe autografat i decorat.

1327, octubre 2. Prats del Rei
Pere Fita i la seva muller Sibil.la, habitants de Prats, venen i concedeixen a perpetuitat a Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura i a l'Esperta Pasqual, monja i cantora del monestir, el censal de cinc sous, sobre el tros de terre i trilla, en part plantat i en part no plantat, en el terme de Puigdemàger, sota el domini i alou de l'abadessa i monestir, pagador en la festa de Santa Maria d'agost. El preu de la venda és de 100 sous. Quan mori l'Esperta Pasqual, continuaran pagant. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 10. Perg.
 315/290. Lletra inicial una mica decorada.

Novierunt universi quod nos Petrus FFita et Sibilia, eius uxor, de villa de Pratis, gratis et ex certa sciencia, per nos et per omnes heredes et successores nostros presentes et futuros, / vendimus et titulo perfecte venditionis, tradimus et concedimus nunc et in perpetuum, vobis venerabili et religiose domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii Vallis Laure, et /3 vobis religiose Sperte Pascuala, monache et cantatrici ipsius monasterii Vallis Laure, licet absentibus tanquam presentibus et successoribus vestris in dicto monasterio, .Quinque. solidos monete / Barchinone, censuales, in et super quodam trocio terre et trillee nostro, in parte plantatum et in parte non plantatum in termino Podii de Mager, sub dominio et alodio vestri dicte / domine abbatisse et vestri monasterii antedicti. Affrontat autem trocium terre predictorum, ex una parte cum honore Guillermi Mercatoris quondam de Pratis, et ex alia parte cum hono- /6 re Raimundeti Rovira et in camino publico per quod itur de Pratis ad civitatem Minorise. Hanc autem vendicionem vobis facimus de predictis .Quinque. solidos censualibus, pure, / libere et absolute, sine aliqua condicione et retencione. Quem quidem

censum vobis facere et servare promittimus nos et nostri
successores pro dicto trocio terre vobis dicte / domine Sperte
Pasquale, vel illi seus illis cui vel quibus volueritis seu
mandaveritis annuatim, de cetero, in quolibet festo Sancte Marie
mensis augusti, et sic annuatim /9 per ipsos terminos bone et
legalis monete curribilis, pani et vino dum vobis fuerit vita
comes, sine aliqua dilacione, danpno et missione vestri et
uestrorum. In super promittimus / vobis dicte domine abbatisse et
vestris successoribus in eodem monasterio per firmam et legalem
stipulacionem, in manu et posse notarii infrascripti, hec a
nobis pro vobis et / vestro monasterio, legitime stipulanti et
recipienti, que nos et nostri successores vel illi obtinentes
locum nostrum in iam dicto trocio terre presentes et futuros,
dabimus trade-/12 mus et deliberabimus in pace vobis et vestris
successoribus in eodem monasterio aut baiulo vel procuratori
vestro presentibus et futuris, in loco de Solanellis vel illis
quibus vos / aut vestri successores duxerint, ordinandum censum
predictum .Quinque. solidarum in festo predicto, sine aliquo
contradimento, post obitum dicte religiose Esperte Pasquale
fran-/ chum et liberum ut predicatur, pro trocio terre, et super
ipso trocio terre predicto, promittimus bona fide. Quare cum hoc
publico instrumento in peerpetuum valituro, damus et cedimus
vobis dicte /15 religiose Sperte Pasquale, omnibus diebus vite
vestre. Et vobis dicte domine abbatisse et vestris successoribus
in dicto monasterio in perpetuum in dicto censuali, omnia loca
et iura / nostra voces, acciones reales, personales et alias
quascumque, que vobis competent vel possint competere in dicto
trocio terre racione censualis predicti. Constituentes vos in
predictis, / dominas et procuratores, tanquam in rem vestram
propriam, ad habendum ipsum censum, tenendum, percipiendum,
dandum, vendendum et alienendum et faciendum vestras semper et
/18 uestrorum successorum in dicto monasterio in omnibus
voluntates. Et cum hoc publico instrumento in perpetuum
valituro, inducimus vos dictas emptores de dicto censu et de
predicto tro-/cio terre, racione ipsius census in corpralem
possessionem pleno iure, ut in rem vestram propriam, hanc autem
vendicionem facimus vobis et successoribus vestris in dicto
monasterio, in-/perpetuum, pro precio .Centum. solidarum

Barchinone de terno, quos a vobis habuimus et recepimus numerando. Ideo renunciamus excepcioni dicte peccunie non numerate et precii predicti non /21 habiti et non recepti et doli. Et si hec venditio, plus nunc valet vel valebit de cetero precio supradicto, totum vobis et vestris remittimus atque damus. Renunciantes ex-/presse, legi qua deceptis in vendicione ultra dimidiam iusti precii subvenitur. Nos enim promittimus que faciemus vos et successores vestros in dicto monasterio et quos etiam / volueritis, predictum censuale facere, tenere, habere, percipere et possidere contra cunctas personas. Et de eviccione et legali guirentia utrique nostrum in solidum, obligamus vobis et /24 vestris generaliter et specialiter, trocium terra predictum, ad vestras ac vestrorum semper in omnibus voluntates, quam quidem obligationem, facimus vobis et successoribus vestris, et notario / infrascripto nomine vestri et vestrorum hec recipienti a nobis legitime stipulanti. Ad hec ego dicta Sibilia, cerciorata de iuribus et beneficiis meis per notarium infrascriptum, / promitto que contra predicta in aliquo non veniam. Immo quantum ad hoc, renuncio ipsi doti mei et sponsalicio et auxilio ac beneficio senatus, consulti velleiani et iuri /27 ipotecharum mearum. Et ad maiorem firmitatem, iuro per Deum et eius Sancta quatuor Evangelia, manibus meis corporalliter tacta, contra predicta in aliquo non venire. Et renunciamus / omni iuri rationi et consuetudini, contra hoc repugnantibus.

Actum est hoc sexto nonas octobre, anno Domini Millesimo Trecentesimo Vicesimo Septimo.

Sig+num Petri Fita. / Sig+num Sibilia, eius uxore, iurantibus predictorum, qui hoc firmamus et laudamus et ego dicta Sibilia predicta iuro.

Testes huius rei sunt Petrus Martini et Guillermonus Martini de Pratis.

/30 Sig+num^a mei Jacobi de Ulugia, regentis scribaniam
ville de Pratis, pro fratre Bernardo de Ribalta, rectore et
notario eiusdem, qui hoc scripsi et clausi.

a. Signe autografat i decorat.

1328, gener 13. Berga

Pere, abat del monestir de Santes Creus, i Ramon abat del monestir d'Escarp, reunits a la vila de Berga per manament de l'abat del Cister, Guillem, i per decisió del Capítol General de l'any 1328; notifiquen i presenten públicament la carta que l'abat del Cister va enviar a l'abadessa Cecília del monestir de Santa Maria de Valldaura, contestant a la seva petició, pel trasllat del monestir a la vila de Berga, ja que el monestir és en lloc miserable, militar i perillós per la vida corporal i la salut de les ànimes, de difícil avituallament i sense la deguda clausura. L'abat dóna el permís del trasllat, segons la proposta i l'acord pres per la universitat i vila de Berga, oferint un pati de terra suficient i decent, per poder fer una clausura decent, amb murs fora i dintre i una església. El lloc ofert és el dit " Els Palomers", a la vila de Berga. Una vegada vist, els dos abats cistercencs delegats ho aproven. Berga, comarca del Berguerdà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 11. Perg.
700/420. Mal conservat, molt fluix, algunes taques i un doblec vertical en tota meitat del pergami. La "I" inicial gran i molt decorada, i amb signe de la creu. Al revers indica: La concessió feu lo reverendisim Cistells a la abadessa de Val Laure per mudar en la vila de Berge en lo an de 1326.

In Dei nomine. Noverint universi quod nos ffrater Petrus, Dei gratia abbas monasterii Sanctorum Crucium, Terraconense provincie, et frater Raimundus, eadem gratia abbas monasterii de Scarpaii, Ilerdense dioces(is) (suc)cedentes^a, nos recepisse quandam literam apertam et sigillatam, sigillo reverendi patris ac domini Domini fratris Guillermi, Dei gratia abbatis Cistercense, nobisque presentatam pro venerabilem et / religiosam dominam Ciliam, Dei gratia abbatissa Valle Laure,

a. Illegible per doblec del pergami, interpretem.

Ordinis Cisterciensis, tenor cuius quidam littere talis est.

Nos frater Guillermus, abbas Cister, notum facimus universis presenti literas in (procuri)^b, quod anno Domini M^o CCC^o vicessimo octavo, tempore Capituli Generalis, facta fuit diffinicio que sequitur in hoc verba, peticio abbatisse Vallis Laure in Cathalonia, cura /3 earum monasterium sit et fundatum exteriter in loco misero et periculoso in vita corporali et salute animarum. Et ideo petunt ut ad expensas universitate de Berga, ad locum congre[m] in territorio ipsius universitati, transfferatur comitu Generale Capitulum, abbatibus de Sanctis Crucibus et Scarpio ut ad dictum locum accedentes de concensu diocesis, ordinent et faciant in ple-/naria ordinis potestate, quod eis pro utilitate loci dicti monasterii videbitur faciendum, attendans autem dictum Capitulum, affectionem et donacionem universitatis dicti loci de Berga, quam habet ad nostrum ordinem et ad ipsum locum recipit omnes benefactores, fundacionis nove monasterii ante dicti, in bonis spiritualibus ordinis universi in vita par(itus)^c et in morte / in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentis duximus opponendum. Dati in (Avi)nione^d, anno et tempore quibus supra.

Qua litera, nobis presentata et de continentis in ea requisiti pro dictam religiosam abbatissam, tanquam filii obediencie volentes deffere humiliter mandatis dicti dominis abbatis cisterciense et Capituli Generali ordinis nostri, accessimus personaliter ad locum /6 a villam de Bergam et ibidem personaliter constituti, simul cum dicta domina abbatissa et quibusdam monialibus sui monasterii, fuit ab eadem nobis suplicantum et suplicando requisitum ut ei et eius conventui licenciam concederemus transfferendi in territorio universitati ville Berge dictum monasterium Valle Laure, cum dictum monasterium sit nunc situm in loco militis et in loco militum accione et mili-/tum ascritto, in quo in earum necessitatibus victualia et alia necessaria ad sustentacionem vite earum sine

b. Borrós, falta 1 paraula.

c. Illegible per fluix.

d. Borrós, interpretem.

magna difficultate habere nequerint, et quia dictum monasterium est in tali loco fundatum, que sine periculo honestetis morari non possunt, cum existat sine debita clausura, nec etiam claudi posset, propter adversam loci dispositione, et in quo meliorari non possunt, / per piam donacionem fidelium, que loca eidem proxima sunt misera et ab (bonorum)^e hominum conversacione remota, maxime qui Universitas et probi homines ville Berge, pia donacione ducti perpetue dictam translacionem faciendam et concedendam, donare et concedere promiserunt fundum et patium terre decens et sufficiens ad construendum in eo /9 monas(terio) (an)te^f dictum, et ipsum monasterium operiri et ecclesiam et alia, cum instrumento publico continentie subsequentis.

In Dei nomine noverint universi quod die intitulata (tridecimo)^g kalendas marcii, anno Domini Millesimo CCC^o vicesimo septimo, in presencia mei notarii et testium infra scriptis ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum / (Generale Consili)o^h ad vocem tube et preconii in Capella Sancti Petri de Caturcio, pro ut moris est fire in ville Berge. Consiliarii et Universitas ville predictae, cupientes et totis desideriis affectantes monasterium monialium Valle Laure transfferri ad villam Berge in loco decenti, quo circa et vocata dicti consiliarii et Universitas, convenerunt et / promiserunt bona fide et firma stipulacione domine Cilia, Dei gratia abbatisse dicti monasterii et conventui eiusdem monasterii, licet absentibus tanquam presentibus, in posse mei dicti notarii infrascripti, pro ipsis et pro omnibus quorum interest et intererit pacistentis et recipientis ac etiam legitime stipulantis ex incontinenti cum ipsi abbatissa /12 et conventus, impectaverint licenciam et facultatem transferendi dictum monasterium ad ipsam villam Berge, ipsi consiliarii et Universitas propriis sumptibus ipsorum, ement patium sive patium terre decens et sufficiens, ad concedendum, in eo dictum monasterium, et facient in dicti spacio terre clausura decentem,

e. Borrât per taca d'humitat.

f. Tacat, interpetem.

g. Borrós, interpretem.

h. Tacat, quasi illegible, interpretem.

cum tapiis et crusta intus et foris, et ediffica- /bunt ibi ecclesiam decentem et sufficientem, et altaria et corum similiter, cum tapiis incrustatis intus et exter, et capitulum, dormitorium, reffectorium et locutorium sufficiencia et decencia de tapiis similiter incrustatis intus et exter, et claustrum in medio, et cellarium et coquinam et domos infirmarie, videlicet dormitorium reffectorium, coquinam et disspenssam et / hospicium similiter ad opus ipsius abbatisse et domos ad opus visitorum et omnia ista erunt infra ipsam clausuram, et ortus et cimiterium et patium etiam erit tale, et ita latum pro domum moniales si voluerint, poterunt similer facere, decim vel duodecen cameras, et domus predicte erunt cohoperte decenter. Et pro etiam facient ibidem domos /15 ad opus familie dictorum abbatisse et conventus et pro fenestre necessarie erunt, spisse rexate cum rexii defferro. Et faciant dicte abbatisse et conventui, unum cimbalum et unam campanam. Convenerunt etiam dicte abbatisse et conventui, que nullum edifficium vel hospicium fiat circa ipsum monasterium infra spacium decens et suficiens. / Convenerunt etiam et promiserunt, que intus monasterium in mitent aquam per regueriam cohopertam decentem et sufficientem. Convenerunt in quam dictis abbatisse et conventui que res dicti monasterii non mitent neque ponent in questiis, tolltis comunibus, exaccionibus, vicinatibus seu aliis servitutibus quibuscumque, et que etiam deffendent iura et privilegia / ipsorum abbatisse et conventui contra rectore Berge sumptibus propriis dicte (U)niversitatisⁱ, si forte idem rectore pro sepulturis, oblacionibus vel luminariis legatis seu pietanciis seu aliis piis donis, vellet infringere iura et privilegia, dictorum abbatisse et conventus deffendent etiam propriis sumptibus ipsius Universitatis iura et bona que ipsi /18 abbatissa et conventus habent infra honorem de Portella et terminum de Gerundella, contra ipsum dominium de Portella. Si forte ipse dominus de Portella, propter ipsam translacionem monasterii, dictorum abbatisse et conventus vellet ipsos, abbatissam et conventum iniuriari in dictis bonis ipsorum abbatisse et conventus. Et predicta omnia singula dictis abbatisse et con-/ventum, promiserunt sub tali condicione quod

i. Tacat, interpretem.

dicti abbatissa et conventus huic u(sque)^j ad unum annum imperterent licenciam transferendi monasterium predictum, et impertata licencia que dicti consiliarii et Universitas teneantur emere incontinenti dictum patium et incipere operari ipsum monasterium et clausuram in dicto patio, et empto dicti patio et incepto / dicto opere que dicti abbatissa et conventus habeant et debeant se transferre, cum toto convento et omnibus bonis ipsorum monialibus ad palacium ville Berge, exceptis hiis que necessari habebunt in dicte loco de Vallaura, pro cellario et familia, quam tenebunt in dicto loco de Vallaura, et pro dicti abbatissa et conventus, stabunt et erunt in dicto /21 palacio quo (...) ^k et que postea faciant semper residencia in monasterio predicto de novo construendo. Ab si dicta omnia, dicta abbatissa et conventus recussaverint ad complere pro dicti consiliarii et Universitas, non teneantur neque sint astricti ex obligacionibus aut promissionibus supra / (...) ^l abbatisse et conventis que habeo tempore quo ipsa abbatissa et conventus se translatavit ad villam Berge (...) ^m unum facient e(ius)dem abbatisse et conventus, clausuram, ecclesiam et reffectorium debitorum decentum et duas vel tres domos amplius altere que possunt se ad / ipsum monas(terium) (...) ⁿ. Et postea subsequenter faciant (ipsis) abbatisse et conventui alia edificia supradicta, sub modis formis et condicionis supra dictas. Et predicta omnia et singula per (...) supradicta sunt et expressata dicti consiliarii et Universitas, fecerunt, promiserunt pacti et stipulati fuerunt dictis abbatisse /24 (...) ^o presentibus et mi notario infrascripto, nomine dictorum abbatisse et conventus, et pro omnibus extrania personis quarum interest, intererit et interesse potest et potere, pacisenti et recipienti ac etiam legitime stipulanti, sub obligacione omnium bonorum dicte Universitatis. Et renunciaverint omni iura racioni, / et cum (...) ^p quibus possent contra predicta iuvarii.

j. Borrós.

k. Borrós, falten unes 50 paraules.

l. Borrós, falten unes 30 lletres.

m. Borrós.

n. Borrós.

o. Idem.

p. Idem.

Quod est actum die et anno predictis, presentibus testibus Iacobo Rotlandi, presbitero. Iacobo Castelli. Bernardo Dez Ponal. Petro Coram et Petro Socorp.

Sig+num^q mei Guillelmi De Nuce, notarii publici ville Berge, qui predictos interfui et hoc scribi feci et clausi.

(...)grex^f / (...)s Berge magnum dicta abbatissa et eius conventus sucipient in (...)t. Id (circo) (...)u omnibus rationibus supra dictis et aliis quem plurinis ex quibus videntur ille IIII^o (cacc) quibus de iure translatio mane fieri potest circa dictam translacionem fieri requisitam concurrere visoque per nos et pluries visitato /27 (dicti)v monasterio et omnibus meis subiector visoque loco ad quam dictum monasterium postulatur transferri visis et auditis allegacionibus quibusdam, nobis missis per partem nobile domine Marquesie de Portella, uxori nobile Petri de Fonoylletto et super omnibus supradictis habita instruccione plenaria et deliberacione sufficienti cura aliquibus monachiis nostri ordinis, / qui per longa tempore dictum monasterium visitarunt consilio que habitu plusque bonorum visorum dies et anno infrascriptis. Ex potestate nobis concessa per dictum dominum abbatem Cistercense et ipsum Capitulum Generalem, et quia regularia ordinis predicti expressint carte predictis subiectis et urgentibus dictum monasterium in territorium Berge predictum, determinamus, declaramus / fare translatum et de remendo et declarando, concedimus et ordinamus atque licenciam prestamus dicte domine abbatisse et eius conventui, translationem fore faciendam de ex monasterio ad dictum locum de Berga. Delicet in loco vocato dez Palomers, per nos proviso, ordinato et destinato et per proceres Berge dicte Universitatis, dictis abbatissa et eius /30 conventum concessio quam quidem locum ad monasterium construetus

q. Signe autografat i decorat.

r. Illegible 4 lletres.

s. Borrós, falten 4 paraules.

t. Idem.

u. Tacat, falta 1 paraula.

v. Borrós una paraula

reputamus cong(...)^w et honestum iure ecclesie (...)^x ipsius ville Berge, in omnibus semper salvo suplicantes et suplicando requirentes reverendum patrem ac dominum Domini A. miseracione divine, Urgellen episcopum, quia sua paternita dignavis dicte translacions et ordinacioni suum prestare assen-/ssum (...)^y pro in dicto loco et monasterio Valle Laure, dimitatur presbiterum qui divina officia perpetuo ibidem valeat celebrare.

Quod est actum idus ianuari, anno Domini Millesimo CCC^o Vicesimo Octavo.

Sig+num ffratris Petri, Dei gratia abbas monasterii predicti, qui predicta laudamus, concedimus et firmamus. Sig+num fratris Rai-/mundi, (Dei)^z gratia abbatis monasterii predicti, qui predicta laudamus, concedimus et firmamus.

/33 Testes (huius rei sunt)^{aa}: Sig+num Raimundus Calvo, hospitalarius monasterium Sanctorum Crucium. Ffro. Petrus de Cumbis, subprior dicti monasterii. Et frater de Niceus Vadulsi subprior monasterii de Scarpio. Petri de Sancte Cruce. Arnaldus Roma, iuriperiti. Petrus de Castro, iuriperitus de Calaf. Bernardus de Costat et Guillermus Marti dez Prat.

/ Ego Guillermus de Padriniano, notarius publicus Berge, hoc scribi feci et clausi hoc meo Sig+no^{bb}.

w. Tacat.
x. Borrós.
y. Borrós.
z. Borrós, interpretem.
aa. Id.
bb. Signe autografat i decorat.

1328, maig 7. Puigcerdà
*Acta de mutació i problemes sorgits amb el bisbat d'Urgell,
 pel trasllat del monestir de Santa Maria de Valldaura
 a la vila de Berga, i amb l'oposició manifesta de la
 priora i algunes monges, recolzades pel bisbat d'Urgell.*

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 12. Perg.
 555/305. Mal conservat, amb taques d'humitat,
 especialment a la part baixa, i un forat petit.
 Al revers indica: Acta sobre la mutació de les monges
 de Val Llaura a la vila de Berga ja feta en lo any
 1326. Possem en parèntesi petites interpretacions.

Pateat universi quod die et anno infrascriptis, in
 presencia mei notarii et testium infrascriptorum, Iacobus
 Rotlani, procurator et ycomamus venerabilis domine abbatisse
 monasterii Vallis Laure, Urgellensis diocesis, ad hoc
 specialiter constitutus cum instrumento publico inde facto, die
 intitulata predie mensis iannuarii, anno subscripto per /
 Iacobus de Ulugia, regentem scribaniam ville de Pratis pro
 ffatre Bernardo de Ribalta, rectore et notario eiusdem,
 personaliter constitutus ante presencia reverendi in Xhristo
 patris ac domini Domini Arnaldi, divina providencia episcopi
 Urgellen, in villa Podii Ceritani, in domo episcopali,
 presentavit eidem domino episcopo nomine /3 quo supra et per me
 subscriptum notarium coram ipso legi feci quandam literam
 papiream patentem, reverentissimi domini Johannes, Dei gratia
 Alexandrine Sedis Patriarche ac ministratore ecclesie
 Terraconnense in spiritualibus et temporalibus a sede
 apostolica, deputati suorum sigillo in dorso munitam, cuius
 series / sequitur per hec verba.

Johannes, Dei gratia Sancte Alexandrine Sedis Patriarcha,

ac administrator ecclesie Terrachonense in spiritualibus et temporalibus a sede apostolica, deputatus venerabili fratri nostro Arnaldo, per eiusdem episcopo Urgellen, salutem et sinceram in domino caritatem, pro parte venerabilis / et religiose abbatisse monasterii Vallis Laure, ordinis Cisterciense diocesis Urgellen, fuit expositum coram nobis ex etiam per venerabilem abbatem Cisterciense, comissio facta fuerit, religiosis abbatibus monasteriorum Sanctorum Crucium, et de Scarpio, ut idem abbates de consensu tamen vero possent in /6 loco idoneo et honesto iuxta villam de (Bergam)^a dicte diocesis, monasterio Vallis Laure eiusdem vestre diocesis, ex certis casis transferre seu etiam transmutare ipsi abbates requisito vestro assensu, non tamen obtento ad dictam villam personaliter accesserunt, decretaveruntque, ordinaverunt et declaraverunt, / habita primitus deliberacione plenaria super unos et in(co)nendus que animam dicte abbatisse et Universitate dicte ville de Bergua movebant dictum monasterium in territorium Berge, fore transferendum ne non et auctoritate dicti abbatis Cisterciense, dicte abbatisse licenciam concesserunt transfferendi / et construendi monte ipsum, in quodam loco vocato des Palomers, iuxta villam predictam eidem assignate. Et nichilominus, ante dictam donacionem ut primititur, et in ipsa donacione et post vestrum assensum, ipsa abbatissa vel eius procurator ut assentiu requissunt, quem vos ut intelleximus /9 totaliter denegastis asserendo intercerera que priorissa dicti montasteri, cum quibusdam monialibus dicte transmutacioni opponentibus, si dictus consensus per vos prestaretur, cum instrumento publico appellavit verum cum inpremissis utilitas monasterii et monialium sit preceretis attendendam. Et ideo ffraternitatem / vestram requirimus et rogamus quatenus, utilitati et paupertati dicti monasterii compaciendo et quantum cum deo pateritis vestrum ad premissa assensum velitis prestare. Et erit phermum nobis gratum. Et date Valencie idus aprilis, anno Domini M° CCC° vicessimo nono.

Qua litera presentata Iacobus / Rotllani predictis, procuratorio nomine quo supra, supplicavit et requisivit cum ea

a. Borrat per humitat, interpretem.

humilitate qua decint domini dominum episcopum ut requisitionem dicti domini Johannis, Alexandrine Sedis Patriarche et generalis aministratore predicti, contenta in dicta sua litera et alia contenta in dicta litera /12 debeat effectui mancipare et translationi contente in eadem litera assenssum suum benigniter prestare. Ab in sui deffectum, salvo semper suo honore et reverencia haberent recurrere ad dictum dominum patriarchae et eius vicarios in sede Terrachonense per eum deputatos eius deffectum seu / neligenciam in premissis ut convenit supletur, de quibus omnibus dictus Iacobus Rotlandi, procurator predictis et nomine quo supra iussit fire publicum (instrumentum)^b notarium infrascriptum.

Quod est actum III^o nonas madii, anno Domini Millesimo Trecentesimo Vicessimo Nono, in presencia et testimonio / venerabilium dominorum Bernardi de Aragallo, Guillermi de Alb canonicem Urgellen. Nobilis Sicardi de Lordato et Petri de Espeluncha, officiali Ceritane; et Raimundi de Mogroyn presbiteri. Postam vero die intitulata predie nonas madii, dictis dominis episcopis respondis predictis ut inferius /15 et (con)tinetur^c. Ad contenta in dicta litera respondet cum reverencia qua detet dictus episcopus cum sibe fuerit cum instrumento publico presentata, et dice verum esse quod in translatione dicti monasterii, fuit eius requisitus assensu et dici dare hoc tractaretur, pendente tractatu supervenit procurator / nobilium Petri de Fonoylletto et domine Marchessie, uxor sue, heredum patronorum et institucionum dicti monasterii ut fuit propositum coram eo, ac priorisse et querundam aliarum dicti monasterii monialium contradicentium et se opponentium, qui dixit et requisivit dictum episcopum, cum instancia qua potuit ne / per ipsum episcopum dictis prestaretur assensus, allegans quasdam rationes quibus prepedientibus ipsa translatio fire non debet, et nichil omnibus ne dictis prestaretur assensus in vocem appellationis pro rupit, cui appellationi ob reverenciam superiorum, dictis episcopis (r)etulit pro ut de iam fuerat faciendum /18 et sit prepediente dicta appellatione,

b. Borrât per forat, interpretem.

c. Borrós, interpretem.

dictus assensus prestitus non fuit. Ideoque si pendente dicta appellacione, dictis episcopis potest debite aliquid innovare, dicti reverentissimi prioris ac domini domini patriarche, sinceritas hoc discretat quia et in huius et aliis est peratus eius mandato et con-/silio inherent et humiliter obedire. Et hanc responsionem pote continuari ipsi in instrumento predicto, per me notarium infrascriptum, que quidem responsio fuit facta die et anno predictis, per predictum dominum episcopum in presencia et testium: Guillermi de Alb, predicti. Mat(heo)^d de Alb, et Stepheani Columbi, rectoris / de Hux. Quaquidem responsione per dictum dominum episcopum facta incontinenti, dictus procurator dixit respondendo contentis in responsione predicta, quod non obstantibus responsis per predictum dominum episcopum tenetur dictis dominis episcopis, prestare assensum suum in translatione de dicto monasterio facienda /21 ut peritur non obstante oppositione seu appellacione interessa per partem alteram nam scriptum cum quod quocumque maior pars Capituli et Senior aliquid ordinat ad comodum et utilitatem ecclesie illa ordinatio debet et potest ad effectum per diti appellacione (eum) contra(di)ccione minore partis Capituli inter /cecta non obstante (possum) quod (...) ^e causam poneret contradicendi pro ut iura canonica hoc innumer ut extra de hiis que fuit a maiore parte Capituli, Capitulo primo. Et sic non obstante predicta contradicione seu appellacione, est per dictum dominum episcopum, assensus / prestandus translationi predictae fieri de nec debet diffi(...) ^f sui sub pretextu requisicionis consilium a reverendo domino in Xhristo, Patre Patriarcha Alexandrine et generali aministratore ecclesie Terraconense, cum per suas literas iam voluntatem suam, eidem domino episcopo reseravit. Et presen-/24 tem responsionem et ussit respondi in fine (dicti)(...) ^g.

Actum die et anno supra proxime dictis et in presencia et testimonio testium supra proxime positioni.

d. Illegible.

e. Doblec, falten unes 36 lletres.

f. Taca i doblec, idem.

g. Taca, falten 3 paraules.

Quo facto die intitulata nonas madii anno predicto, dictus dominus episcopus respondit dicte replicacione, dicens, quod alleguatos facta in ipso salva / gratia replicantis non procedit ex veris (...) ^h partis capituli non est admitenda ubi etiam instam et ra (...) ⁱ proponeret, cum textus de contrario sit ibidem. Quare non obstantibus replicatis perseverat in responsione prima, quam simul hic proposita / repetita herim adiciens, que si dicto (...) ^j que non obstante contradicione et apellatione predicte (...) ^k debant prestari assensus, et quod pacietur ob reverenciam ipsius, que ipse qui maior est et super possit salvo iuri dicti episcopi et rectoris ecclesie Berge, dicte /27 translacione prestare assenssum. Et hanc (...) ^l episcopus iussit et inseri et continuum cum hoc prese(nti) publico instrumento.

Quod est actum die et anno proxime dictis (inter) seriam et testimonio nobilis Sicardi de Lordato predicti, et discreto Guillermi de Alb, canonici supradicti.

/ Sig+ num^m mei Raimundi Guillermi de Lorato, publici Podiceritani notarii. Qui (...) ⁿ et publicavit, cum raso et emendato in VII^a linea ubi dicitur, abbatisse, et in XII^a ubi dicitur, ab in sue deffectum.

h. Idem, 6 paraules.

i. Trencat i tacat, falten 2 paraules.

j. Taca gran, 4 paraules.

k. Trencat, dos paraules.

l. Taca gra, 5 paraules.

m. Signe autografat i decorat.

n. Taca gran.

1328, novembre 16. Cardona
Pere Fagona, escriptor públic del notari Arnald de Martorell, fa públic davant dels testimonis Bernat de Podio Pilato, del frare Ramon Calvó de l'Orde del Cister i Berenguer Durban, que Jaume Rotllan, presbíter de la vila de Berga i procurador en nom de l'abadessa Cecília del monestir de Santa Maria de Valldaura, presenta la carta en què Guillem, abat general del Cister, dóna licència al monestir per trasllardar-se a la vila de Berga. Demana al bisbe d'Urgell que res negui.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 13. Perg.
 380/350. Mal conservat, borrós i fluix amb taques d'humitat a la part superior esquerra i a la d'abaix. La primera lletra decorada.

Noverint universi quod in presentia mei Petri Sagona, scriptori publici et iuriti instantiam territorio pro venerabili Arnaldo de Martorello, notario publico eiusdem et Bernardi de Podio Pilato / presbiteri, et fratri Raimundi Calvonis, de Ordine Cisterciense, Berengari Durban, testium ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, die mercuri, hora terciæ que fuit sextodecimo kalendas decembre, /3 anno Domini Millesimo Trecentesimo vicesimo octavo. Iacobus Rotllan presbitero ville Bergue, procurator et nomine procuratorio domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii Sancte Marie / de Vallis Laure, diocesis Urgellen, de qua procuratione mi dicto scriptore, plene constat per publicum instrumentum ad infrascripta faciendum suficiens et completum constent quarto / idus novembre anno Domini Millesimo Trecentesimo Vicesimo octavo, clausum et signatum per manum Bernardi Bassa, rectore ecclesie de Sancti Domii, diocesis Vicensi, constitutus /6 personalier in monasterio Fratrum Minorum terratori, ante presencia reverendissimi in Christo patris et domini domini fratris

Petris, Dei gratia abbatis monasterio Sanctorum Crucium, / nomine procuratoris dicte domine abbatisse presentavit, et per me dictum scriptore publice legi fecit eidem domino abbati quandam literam perguameneam, patentem sigillo pen-/dunt core abbe reverendissimi patris ac domini domini fratris Guillermi, abbatis monasterii Cistercien sigillatam, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum.

(Nos frater /9 Guillermus, abbas Cistercien, notum facimus universis presentis literatas inspecturis, per anno Domini Millesimo Trecentesimo vicesimo octavo, tempore Capituli Generalis, facta fuit difinicio, / que sequitur in hec verba, peticio abbatisse Valle Lauree in Catalonia, cum earum monasterium sit et fundatum exitit erit in loco misero et periculoso in vita corali et salute / animarum. Et ideo ponint ut ad expensas Universitatis de Bergua, ad locum congronium in territorio ipsius Universitatis nos facetur comitit Generale Capitulum abbatibus de Sanctis /12 Crucibus et Scarpio, ut ad dictum locum accedentes, de consesu dictorum, ordinent et faciant impleant ordinis potestate quod eis, pro utilitate loci dicti monasterii / videvitur facendum. Attendentes autem dictum Capitulum assencione et donationem Universitatis dicti loci de Berga, quam hanc ad nostram ordinem et ad ipsum locum recipit omnes / benefactores fundacionis nove monasterii ante dicti in bonis specialibus ordinis universis in vita pariter et in morte, in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus /15 duximus et ponendum datum indivissione anno et tempore quibus supra.

Et nichilominibus, dictus Iacobus Rotllan, nomine procuratorio supra dicto, cum magna instancia ex parte reverendi-/ssimi domini abbatis Cisternci, scripti requisium predictum dominum abbatem Sanctorum Crucium, que ipse una cum domino abbate de Scarpio debeant scribere, reverendissimo in Christo patris / domino domino episcopo Urgellen, ad faciendum et complendum omnia et singula in predicta virtute domini abbati

Cisternci, contenta iuxta pietite dicte litere (...) ^a /18 ali dixi et protestatus fuit dictus Iacobus, nomine procuratorio quo supra, per dictum dominum abbas finiter salva eius honore negligens vel remissis in predictis, quod non (...) ^b dit. / Et si propter negligenciam seu remissionem, domini abbatis predicti, aliquod danpnum eveniret dicte domine abbatisse seu eius monasterio, veniret ex culpa et negligencia / dicti domini abbatis, de quibus omnibus et singulis supra dictis, predictus Iacobus, nomine procuratorio quo supra, mandavit scribi fere publicum instrumentum per me scriptorem predictum.

Quam /21 quidem litteram predictam cum ego dictus scriptor legere incepissem, dictus dominus abbas dixi que habebant eam pro lecta, et incontinenti respondit ut sequitur.

Cui littere et requisi, / nomine dictus dominus abbas Sanctorum Crucium, respondit que in instanti est paratus facere litteram patentem reverendo in Christo, patri domino Arnaldo, divina providencia episcopo Ur-/gellen, infra cuius diocesis est dictum monasterium situatum, et sim cuius auctoritate dicta translatio sive permutatio, non posset duti ad essem plenarium, in qua litera ex parte sua et dominum /24 abbatis de Scarpio concommisarii sine intendit cum rogare et requirere quarum premisse transmutationi suum benigne presto assensum, vel si forte predictis personaliter / ad eos noluerit pro maneat sibi die mercredi et locum ubi possit una cum dicto domino episcopo, super predictis procedere pro ut fuerit rationis. Et ad diem predictum est paratus ire / et procedere in animo meo fuerit, secundum formam comissionis sibi fece in negocio supradicto. Et predictam responsionem iussit dictus dominus abbas nisi in fine /27 (...) ^c lite(ris) (...) (requisicionis predictorum et pro ut feri) (...) ^d ad vel alia publica vel pura instrumenta notario quos per ipsum fuerint requistu per me scriptorem predictum.

a. Doblec, falten unes 5 paraules.

b. Borrós, falta 1 paraula.

c. Borrós, falten 3 paraules.

d. Borrós unes 8 paraules, interpretem en part.

Que fuerit facta die / anno quibus supra, presentibus
testibus supradictis et mi dicto scriptore.

/ Sig+num^e Arnaldi de Martorello, presbiteri notarii
Cardone, vice cuius dictus Petrus Fagona, predictis interfuit et
hec scribi fecit.

/30 Ego Petrus Fagona hoc (...) ^f (Arnal)di de Martorello,
Terracone notario, die et anno prefixe.

e. Signe autografat i decorat.
f. Borrós, falten 4 paraules.

1329, gener 9. Berga

Trasllat fet per Raimon Dolvan, batlle i jutge ordinari de la vila de Berga, de la escriptura en el registre Curial de la batllia de Berga, en que els cònsols electes de Berga, fan una tasació i estimació de les terres on es construirà el nou monestir de Santa Maria de Valldaura. El cost previst és de 5.000 sous barcelonins. Terme de Berga, comarca del Berguerdà.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 14. Perg.
405/215. La lletra inicial decorada.

Hoc est translatum sumptum fideliter intervenientibus auctoritate et decreto venerabilis Raimundi Dolvan, baiuli ac iuditis ordinarii ville Berga pro domino rege, a quadam scriptura in registro Curiae baiulie ville Berge, / posita et scripta per Berengarium Cardona, scriptorem regentem scribaniam Curie ipsius pro dominico Debistarra, publico scriptore eiusdem, eo tempore quo venerabilis Raimundus de Cumbis, tunc officium baiulie Berge, /3 exercebat pro domino rege, et discretus Arnaldus Roma erat eius assessor. Cuius quidem scripture tenor sequitur in hunc modum.

Anno Domini CCC^o vicesimo nono, die quinto idus ianuarii, Bartholomeus / Cardona, Raimundus Guilaberti, Machteus Juncar, Guillermus de Padriniano et Bernardus de Cossart, draperius. Electi pro consules ville Berge, et iurati ad extimandum patia destinata pro monasterio Valle Laure, / construendo in eiusdem scilicet, ortum et columbarium. Iacobi de Alodio ab integro et quandam vineam et terram. Raimundi de Canalibus rect(o)^a dictum

a. Tacat, interpretem.

ortum de quadam Ripa grossa a aval, recta linea /6 versus dictum ortum, rectaque linea cantoni orti Petri Baladret, ayant dample in dicta vinea sicut est frons orti dicti Iacobi de Alodio, et partenditur usque in torrente qui est in capite dicte vinee et terre dicti Raimundi / de Canalibus. Qui quidem extimationes dixerunt pro iuramentum, in presencia venerabilis Raimundi de Cumbis, baiuli Berge pro domino rege, et Arnaldi Roma, eius assessore que ortus et columbarium dicti Iacobi / de Alodio, ab integro valet bono arbitrato ipsorum et valere potest (minimi) extimacione .Tria Milia. solidos Barchinone, et dicta vinea et terra dicti R. de Canalibus, .Duos Millie. solidos Barchinone, pro ut superius confrontatur et /9 limitatur. Que extimacio fuit facta in hospicio Barholomei de Alodio, presentibus nobili Guillermo de Cervilione, venerabili Petro de Aquilone milite, Raimundo de Cumbis baiulo predicto, Bernardo / Bartholomei de Berga^b, Bernardo Dolvan, Petrus de Fornellis, consulibus dicte ville, Bartholomeo de Alodio et pluribus aliis.

/ Sig+num R. Dolvan, baiuli ac iudicis ordinarii ville Berge pro domino Rege, qui inspecta scriptura predicta pro Berengarium Cardona, scriptore predictum in dicto registro, sub dicto kalendario scripta, ipsasque cum /12 presenti suo transumpto in suis presencia, diligenter comprobata ex parte domini regis auctoritatem suam impendit periter et decretum.

Ego namque Berengarius Cardona, scriptor predictus, qui dictam scripturam die et anno pre-/dictis, in registro predictis scripsi, et presentem quem auctoritatem et decretum demandam dicti venerabile baiuli, hic apposui et scripsi, die intitulata quarto nonas augusti, anno Domini M^o CCC^o tricesimo quatro, / presentibus testibus, Benardum de Cossart draperius, Bernardo de Salau presbitero, et Petro Coram scriptore, et hoc meum Sig+num^m appossui in testimonium premissorum.

b. de Berga, interlineat.
m. Signe autografat i decorat.

/15 Sig+numⁿ mei Bernardi Baladreti, notarii publici ville Berge, auctoritate Raymundi de Gerundella, vicarii perpetui ecclesie eiusdem, qui hoc translatum actam originali scriptura fideliter scribi feci et translatare, cum supraposito in decima linea ubi dicit, de Berga, et clausi dies intitulata nonas augusti, anno Domini M^o CCC^o XXX^o quarto, / presentibus testibus Petro Maleri Peratori' et Jacobo filio eius.

n. Signe autografat i decorat.

154-B

1330, abril 1. Berga
*Fra Raimon de l'Estany, proposa la fundació d'un monestir de
Fra Menors als habitants de Berga, els quals ho accepten
unànimament.*

A. ACFMB. Berga, Perg. 290/295. Bon estat.

Noverint universi quod die dominica festo Ramis Palmarum, intititata kalendis aprilis, anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum. Frater Raimundus de / Stagno de Ordine Fratrum Minorum, existetis personaliter in ecclesia parrochiali ville Berge, in cadafalco saie loco, in quo predicatur verbum Dei, hora misse ante consecracionem corporis Domini nostri /3 Ihesum Xpi., quasi infine sui sermonis, dixit, et proposuit coram populo in dicta ecclesia congregato, qua hora magna populi ipsius multitudo constituta erat in dicta ecclesia, si placebat eidem, quod Domus Mi-/norum fieret in dicta villa: Qui populus respondit communiter , et dixi, que sic. Item dixit eidem populo si placebat sibi quod dicta Domus fiet sicut illustrissimus dominus Rex et illustris domina / Elionor, eius consors, Dei gratia regina Aragonum, et illustris domine Eliesendis eadem gratia, regina Aragonum, relicta ab excellentissimo domino domino Jacobo, bone memorie Aragone /6 rege et probi homines ville facere vellent et ordinarent : Qui populus respondit communiter, et dixit que sit. Quibus sic dictis factis et concessis, dictus frater Raimundus de Stagno, / in dicto cadafalco existens, mandavit feri de eisdem per me notarium infrascriptum, hoc publicum instrumentum in testimonium premissorum.

Quod est actum, diet el anno, et hora ac loco predictis.

/ Presentibus testibus: Laureano Salvat, Guillermo Viveri, presbiteris. Arnaldo de Condeminis. Raimundo de Ripparia. Berengario de Prixana, scriptore. Ni-/9 colao de Pontibus. Bernardo d'Olost, et aliis pluribus.

/ Sig+num^a mei Guillermi de Nuce, notarii publici ville Berge, qui predictis interfui et hec scribi feci et clausi.

a. Signe autografat i decorat.

1331, març 18. Església Sant Andreu de Sagàs
Ramon Casanovas i seva esposa Saura, de la parròquia de Sagàs, es reconeixen homes propis del monestir de Santa Maria de Valldaura, convent i abadessa. Prometen a l'abadessa Elisenda i convent, obeir i respondre com a senyor natural. Fan homenage de mans i oral. Terme de Sagàs, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 15. Perg.
 235/115. Mal conservat, borrós i fluix, especialment a la part inferior.

Sit omnibus notum quod nos Raimundus de Casanova et Saura uxor eius, permanentes in parrochia de Sagas, gratia et excerta / sciencia, recognoscimus cum testimonio huius publici instrumenti, esse nos et prolem nostram natam et nascituram, proprios homines, et quos /3 monasterii beate M^a Valles Lauree et abbatisse et conventus eiusdem, promittentes eidem Elishendis, abbatisse con-/ventus, obedire in omnibus licitis et honestis et respondere de vera subiectione, et de omnibus aliis de quibus et super quibus homo / tenetur et debet obedire et repondere suo proprio domino naturali, et esse inde legales et fideles dicto et facto, sicut eius mobilia ha-/6 bitacio civitatum, villarum, opidorum aut cuiuscumque alterius loci, racione, privilegii seu franchitatis, possimus nos aut nostri / quo ad vestrum verum et directum dominium excusare. Immo semper nos et nostra progenies, cum bonis nostris mobilibus et dicte progeniei, / vobis domino ante dicto, simus et deti(...)^a dono a vobis vel successoribus vestris, meram absolucionis et deliberacionis beneficium obti-/9 nere. Et per huius vera possessione, facimus vobis homagium manum oscularunt comendatum. Renunciantes super hiis / omni iuri vestri et consuetudini contra hoc facientibus.

a. Borrós, falten 5 lletres.

Quod fuit factum XV^o kalendas aprilis, anno Domini M^o CCC^o XXX^o I^o.

Sig+num / Raimundi de Casanova et Saure uxori eius, predictorum, qui hoc laudamus et firmamus.

/12 Testes huius rei sunt, Iacobus de Truire Fabre et Fererius, filius Ferreri de Pratis.

/Sig+num^b Bernardi de Paylars, presbiter regentis ecclesia et scribaniam Sancti Andree de Sagas, pro Petro de Yousans, rectore / eiusdem loci, qui hoc scribi fecit et clausit (die)^c et anno quod supra.

b. Signe autografat i decorat.
c. Tacat, interpretem.

1332, maig 21. Berga

Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura i convent, donen, entreguen i concedeixen a cens a Pere d'Agramunt, "home nostre", fill de Pere d'Agramunt del castell de Solanelles, aquelles cases anomenades "Canegues, estable i càmera". Ha de fer un cens anual per Santa Maria d'Agost, d'un pollastre, i tancar l'arca. Per l'entrada de l'establiment, el monestir rep 60 sous. Situat el terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 16. Perg. 360/300. Document partit per ABC. La primera lletra decorada. Té alguna taqueta dispersa, borrós a la part inferior dreta.

ABC

ABC

ABC

Noverint universi quod nos domina Cilie, Dei gratia abbatissa monasterii Sancte Marie Vallis Laure, Urgellen diocesis, ex certa sciencia, per nos et successores nostros presentes et futuros, de consilio et voluntate conventus dicti / nostri monasterii, damus, tradimus et ad censum infrascriptum^a concedimus, vobis Petro den Agremunt, homine nostro, filio de Petri den de Agramunt, de castro de Solanellis (...) ^b et nostris et quibus /3 volueritis perpetuo, quandam partem illarum domorum nostrarum, quas habemus et habere debemus in dicto castro de Solanellis, scilicet, illas domas vocatas Canegues de stabulam et illam cameram qui est supra / dictis domibus vocatis les Canegues, et pro ut quidam archus qui ibi cum est tendit usque in capite granariorum. Predictas itaque domos, cum introitibus

a. Taca, interpretem.

b. Borrós, falten 7 lletres.

et exitibus suis, subtus gradum qui ibi est, in quo / loco vos teneamini aperire ianuam, damus, concedimus, stabilimus et ad censum infrascriptum tradimus, vobis dicto Petro den Agremunt et vestris et quibus volueritis perpetuo, sicut melius dici et intelligi /6 pote, ad nostrum nostrorumque salvamentum et bonum intellectum, et ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde libere faciendas. Tali videlicet modo et pacto ayecto atque reservato, quod vos et / qui dictas domas tenueritis, faciatis nobis et (suc)cessoribus^c nostris pro censu quolibet anno, in quolibet festo Sancte Marie augusti, unum pullum et etiam claudatis et claudere teneamini / dictum archum qui ibi est, et que teneatis et tenere teneamini conduceras vestras propriis supratibus et expensis domos nostras residuas infrascriptas, silicet, coquinam et cameram que secum /9 tenent, et domum in qua sunt los graners, quas dictas domos nostras tam sim los graners, possitis vos et vestri tenere ad usum vestrum et vestrorum dum tam nos seu alia propria nomine / nostro ibi non fuerint, alii in continenti teneamini dimitere dictas domos nostras nobis retentas. Pro intrata autem huius donationis et stabilimenti, confitemur habuisse et recepisse / a vobis .Sexaginta. solidos Barchinione de terno. Super quibus renunciamus excepcioni peccunie non recepte et non numerate et doli. Et siquid amplius nobis vel successoribus nostris com-/12 petit pro predictis, totum vobis et vestris damus et remitimus. Promitentes vobis et vestris et quibus volueritis, predicta per nos vobis data et concessa pro ut superius contenta sunt, facere, tenere, / habere et possidere in pace perpetuo contra omnes personas, et tenebimur vobis et vestris et quibus volueritis semper de firma et legali eviccione et guirentia, et omni contradicenti nos / opponemus ante vos et vestros, ante causam in causa et post causam, in iure et extra ius, nostris propriis supratibus et expensis. Pro quibus obligamus vobis et vestris et quibus volueritis, /15 omnia bona nostra et dicti nostri monasterii, mobillia et immobilia, habita et habenda ubique sint. Renunciantes quo ad hec, omni iuri ratione et consuetudini contra hec facientibus. / Quibus omnibus et singulis supradictis consentimus, nos Sperta Pascalis cantatrix,

c. Taca, interpretem.

Sancia de Vilanova sacristana, Eliesendis de Moraria, Eliesendis de Solerio et / Alamanda de Rex, monache dicti monasterii, et servare promittimus et non contravenire aliqua ratione. Ad hec ego Petrus den Agremunt predictis, recipiens dictas domos a vobis /18 dicta domina abbatissa, subformis et retencionibus predictis, promito per me et successores meos presentes et futuros, vobis dicte domine abbatisse, et successoribus vestris, facere / dictum censum et servare omnia alia et singula supradicta, pro ut superius dicta et ordinata sunt. Pro quibus omnibus a me servandis, obligo vobis et successoribus vestris / omnia bona mea mobilia et immobilia, habita et habenda ubique sint. Renuncians quo ad hoc omni iuri contra hec facienti.

Quod est actum duodecima kalendas iunii, anno /21 Domini M^o CCC^o tricesimo secundo.

Sig+num domine Cilie, Dei gratia abbatisse predicte, que predicta laudamus et firmamus. Sig+num Sperte Pascuale. Sancie de Vilanova. Eliesendis / de Moraria. Eliesendis de Solerio et Alamanda de Rex, monacharum predictarum, que predictis consentimus et ea firmamus. Sig+num Petri den Agremunt predicti, qui hoc firmo.

/ Testes huius rei sunt: Simon Canaleta. Iacobus Angles. Berengarius za Portela. Maimonus den Agremunt de Puig de Mager. Franciscus de Puig de Mager. /24 Guillermus Paschal de Puig de Mager. Petrus Martini de Solanelis. Iacobus Rotlandi, prebitere ville Berge et Iacobus Castel.

/ Sig+num^d mei Raimundi de Sorribes, notarii publici ville Berge, qui hec scribi feci et clausi.

d. Signe autografat i decorat.

1333, maig 20. Montblanc

Alfons III, per devoció i caritat a les obres religioses, i sabent la pobresa del monestir de Santa Maria de Valldaura, que aviat es traslladarà a la vila de Berga, concedeix a perpetuïtat al monestir que s'està construint en lloc idoni, un forn de pa i un de cuinar, en cens d'emfitéusic, donant un morabatí per Nadal, i deu sous anuals per guany. Situat a Berga, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 17. Perg. 520/350. Mal conservat. Borrós i fluix, especialment línees 3 i 4. La "N" inicial una mica decorada.

Nos Alfonsus, Dei gratia Rex Aragone, Valence, Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone. Considerantes que pia progenitorum nostrorum devocio intenta fuerunt caritatis operibus religiosis personis, et monasteriis multa / largitionum subsidia prestituerunt. Ideoque dignum, et debitum arbitantes ut in hiis que pietatem prospitavit illarum semitas laudabiles, inveremur propterea compacientes pauperitati religiose Cilie, abbatisse atque con-/3 ventus monialium monasterii Vallis Laure, Cisterciense Ordinis, que propterea propriam qua ingeret premebantur suam ad villam Berge translatabit mansionem. Ut habita necessariorum subveniorum aprobis hominibus dicte ville, / temporalium resecta peniaria. Se tota merem possint quietius in specialiter excercere id circo volentes necessitati earum quam circa vestrum potissime ingerit panuntur piis afferribus subvenire. Cum presenti carta nostra / intuitu pietatis et elemosine, concedimus abbatisse predicte et eius successoribus in abbatia predictam, imperpetuum pro in casu videlitet, quo in dicta villa ipsorum sororum monasterium sit constructum vel licite constru-/6 atur, ipsa abbatissa et succesores eiusdem ibi manentes, possint construere et hedificare ac construiri et

hedificari facere in dicta villa Berge, in loco idoneo, unum
furnum ad panes et alia in ibi decoquenda / sine tamen iuris
previditio alienii. Itaque ipsum fornum habeat et possideat
perpetuo, monasterium dicte ville pro nobis et nostris in
emphiteosim, ad censum .unuius. morabatini nobis et nostris in
festo Natalis Domini, quolibet / anno prestanda, pro quo nobis
dentur .decem. solidos Barchinone, annuatim alius, verso
emolumenta obvenciones et comoda dicti furni ipsius monasterii
in dicta villa ut predicatur construendi, usibus et
utilita(ti)bus^a aplirentur. Salvi /9 nobis et nostris censu
predicti, laudamio et fatica. Et vero monasterium ipsum ibidem,
non fieret dictus furnus proprietati et iuri nostro integre
revertatur. Nobis et nostris solventibus precium panii et operum
quod ipsius / furni constructio deconstabit. Mandantes per
presentem cartam nostram, gerenti vices procuratoris in
Cathalonie pro intitulado inffante Petro primo primogenito et
generali procuratore nostro, necnon vicario Ba-/gua(nis)^b et
Berguitane ac baiulo dicte ville. Ceterisque officialibus
nostris ut eorum loca tenentibus presentibus, et qui pro ipse
fornium que presentem concessionem nostram firmam habeant et
observent et ali omni- /12 bus faciant inviolabiliter observari,
et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua
ratione in unius rei testimonium presentem cartam nostram, inde
fecit et sigillo nostro pendentem iussimus / comunimari.

Datum in Monte Albo, tertia kalendas iunii, anno Domini
Millesimo Trecentesimo tricesimo tercio, provisa an.

/ Sig+num^c Alfonsi, Dei gratia regis Aragone, Valence,
Sardinie et Corsice et Comitibus Barchinone.

/15 Testes sunt: Arnaldus Ylerdene episcopus. Galcerandus
Vicens episcopus. / Reverendus dominus Johannes Patriarcha
Alexandrinus. Berengarius Dertusen episcopus. Uguetius,
vicecomes Cardona.

a. Tacat, interpretem.

b. Tacat, interpretem.

c. Signe autografat i decorat.

/ Sig+num^d dominici de Biscarra, scriptoris dicti domini Regis, qui de ipsius mandato hoc scribi fecit et clausit, loco die et anno predictis. Cum litteris in raso positis in prima linea ubi legitur, religiosis.

d. Signa autografat i decorat.

1334, juny 3. Capella de Sant Pere de Caturcio, Berga.
En presència del notari i testimonis especialment cridats i pregats, procuradors de l'abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, i de Ramon d'Olvan, batlle reial de Berga, i el seu assessor, i els consiliaris de la vila i universitat de Berga, lleigeixen carta en que la Universitat i la vila de Berga, convenen i prometen en bona fe i ferma estipulació a Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura i al seu convent, que compraran espai decent i suficient per traslladar el monestir a la vila de Berga, fent església i monestir amb la seva clausura, campanar i una campana. Berga.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 18. Perg. 490/380. Mal conservat, trencat la part de dalt esquerra. Diverses petites taques d'humitat. La "N" inicial molt decorada. En el vers indica: " El 1337 se obliga a la universitat de Berga ha edificar un monestir de monges ha gasto de la vila."

Noverint universi quod in(titulata)(...)^a in iunii, anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo quarto, in presentia notarium et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, Petrus za Coscoylera, Petrus Bar-/tholomei, Bernardus de Ulmeto, Bernardus de Salau de Berga, procuratores ut asserverint domine abbatisse Vallis Laure et eius conventus, personaliter constituti in capella Sancti Petri de Caturcio, villa Berge, ante presenci- /3 am venerabilium Raimundi Dolvan, baiuli Berge pro domino rege; Guillermi Luppetti eius assessori; Arnaldi de Condeminis; Iacobi Dolvan et Bertrandi Sagionis, consiliariorum dicte ville et Universitatis ibidem, pro consilio generali / presenti, presentarunt, per dictum notarium, coram ipsis ibi legi mandarunt in quadam cedula papiri scripta ut sequitur:

a. Taca, illegible, interpretem en part.

((Cum vos honorabilis universitas ville Berge, convenimus et promittitis bona fide et firma sti-/pulatione, venerabili et religiose domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii Vallis Laure et eius conventui, pro propriis sumptibus vestris emeritis spatium decens et sufficiens ad condendum monasterium quo translatione /6 dicti monasterii facienda in territorium ville Berge, et faceretis in eo ecclesiam et monasterium cum sua clausura, propriis sumptibus vestris, et etiam unum cimbalum et unam campanam, et que circa ipsum monasterium infra spatium / decens et sufficiens, nullum hedificium vel hospicium fieret, et plures alias conveniencias et promissiones feceritis abbatisse et conventui supradictis, et pro predictis omnibus bona vestra obligaveritis, cum publicis instrumentis de quibus / vobis promptam fidem facimus de presenti, et obtenta licencia per dictam dominam abbatissam et eius conventum, ab eorum superioribus dictum monasterium transferendi fuerit per maiores ordinis Cisterii, et per vos honora-/9 bilem Universitatem locus dels Palomers, pro dicto monasterio dicte abbatisse et eius conventui destinatus, et sufficiens, decens et idoneus reputatus et subsequenter emptus pro ut promiseratis, ut superius continetur. Id circo nos / Periconus za Coscoyellera, Petrus Bartholomei, Bernardus de Ulmeto et Bernardus Salau, procuratores dicte domine abbatisse et eius conventus, vos honorabilis Arnaldum de Condeminis, Jacobum Dolvan et Bertran-/dum Sagionis, consules dicte Universitatis et ipsam Universitatem in capella Sancti Petri de Caturcio dicte ville, ut meris est congregatam, instantissime requerimus et monemus quanto dictam ecclesiam et montasterii, cum sua clausura, constructis et hedifitis et que nullum hedificium vel^b hospicium circa ipsum /12 monasterium faciatis seu feri permitatis, cum hec validis permissionibus ut prefectura, quas ita honorabilis Universitas cum effectum tenere debet, et inviolabiliter observerem tenetur, et que alias permissionis per nos facta / dicte abbatisse et eius conventui, observetis et observari faciatis, et nullum contravenire permitatis, cum alicui de dicta

b. et monasterii cum sua clausura constructis et hedifitis et que nullum hedificium vel , interlineat.

Universitate promissiones predictas ignorare non liceat, cum per ipsam Universitatem promissum fuerit, et etiam de (eiusdem)^c / per publicum instrumentum vobis fidem promptam faciamus, ut superius continetur vel protestamur, que si contra fierit dicta abbatissa et conventus, et nos eorum nomine intendimus ius et omne interesse dicte domine abbatisse et eius conventus /15 coram superioribus prosequi et quascumque expensas inde factas et faciendas a dicta Universitate et eius bonis dicte domine abbatisse et eius conventui ut predicatur, propterea obligatis habere, petere et exhigere, preterea requirimus et move-/mus instantere ex parte domini regis, vos venerabilie Raymundum Dolvan, baiulum Berge pro domino rege, et discretum Guiller mum Luppeti, eius assessorem, quod in preiudicium dictarum permissionum aliquid fire non permitatis, ne aliquem contra / venire. Immo eas faciatis dicte abbatisse et eius conventui, inviolabiliter observari. Et de predictis mandamus nomine quo supra fire per notarium infrascriptum publicum instrumentum, de quibus mandarunt predicti procuratores eis /18 feri publicum instrumentum. Presentibus testibus, Guiller mo de Padriniano, Johanne Oliba, Petro Andrea scriptore, Bartholomeo Lambart et aliis publicus. Et die veneris intitulata tercio nonas iunii anno predicto. Arnal-/dus de Condeminis, consiliarius predictus, nomine suo proprio et consociorum suorum in dicto officio, ac totius Universitatis predicte, ut asservit, tradidit notario infrascripto et fecit inseri et continuari in presenti (per testimonis, instrumento presentibus) / (...) ^d Pericono de Alodio, Bernardo Dolost et Raimundo dez Portalil, inscriptis responsionem sequentem. Et dicti consules et Universitas respondendo predictis, dixerunt se facere et complere omnia que facere et complere teneantur /21 (...) ^e per dictam Universitatem quantus iura sustineant et dicta Universitas reperiatur obligata. Et hanc responsionem mandarunt inseri in dicto instrumento. Et die intitulata tercio nonas iunii, anno predicto / (...) ^f balesta sagio curie baiulie Berge nomine et vice

c. Borrós, interpretem.

d. Trencat, falten 6 lletres.

e. Idem, 12 lletres.

f. Idem, falten 6 lletres.

dictorum baiuli et assessoris ut aservit, tradidit notario subcripto et feciit inseriri ac continuari in presenti protestationis instrumento, presentibus testibus Simone de Capi / (...) ^g, Bernardo de Tuxens, in scriptis responsionem sequentem. Ad que respondent dictus baiulus, que ipse faciet in premissis et circa premissa quod iure fuerit et rationis vocatis vocandis nomini in iuriam /24 (...) ^h conservando. Ideo que dicti pro (...) ⁱ faciati coram dicti baiuli ad (iudicium consules) ^j ville Berge, evocari et precium rationibus auditis dictus baiulus reddet in premissis iusticie complementum / (...) ^k responsionem et cur.

Que acta fuit diebus loco et anno predictis.

/ (Sig)+num ^l Bernardi dez Portolil, notarii publici Berge, autoritate Raimundi de Gerundella, vicarii perpetuum ecclesie eisdem, qui hoc scribi fecit, cum supraposito in lineis undecima et duodecima ubi dici, et monasterio cum sua clausura construatis et hedificetis et que /27 nullum edificium vel, et cum raso emendato in vicesima linea ubi continere et, iamus, et clausit.

g. Idem, falten 10 lletres.
h. Idem, falten 12 lletres.
i. Doblec, falten 4 lletres.
j. Doblec, interpretem.
k. Trencat, 6 lletres.
l. Trencat, interpretem.

1335, octubre 19. Barcelona

Alfons III, rei d'Aragó, València, Cerdanya i Còrcega i comte de Barcelona, rep i constitueix a Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, el traslladat al lloc dit "Los Palomers", dins el territori de la vila de Berga, i dóna el privilegi de protecció, defensa i guiatge. Posant una pena de 1000 morabatins d'or a qui les molesti. Berga.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 19. Perg. 410/140+45. Doblec lateral amb cinta enganxada de tres colors vermella, groga i vermella, i segell lacrat vermell 0'75.

Nos Alfonsus, Dei gratia Rex Aragone, Valence, Sardine et Corsice ac Comes Barchinonem. Cum inter cetera que nostro iucumbunt officio teneamur personas religiosas, quas ad commodum animarum celestis agricola, in orto plantavit ecclesie, nec non eorum monasteria, atque bona sub / nostre proteccionis et deffensionis munimine confovere et id circo hac consideracione commoti, tenore presentis carte nostre, recipimus et constituimus vos venerabilem et religiosam Ciliam, abbatissam monasterii Vallis Laure, translati in loco dicto los Palomers, infra /3 territorium ville Berge, et ipsum monasterium ac dominas familiam, homines et alia bona vestra et eiusdem monasterii, ubicumque fuerint, tam habita quam habenda, sub proteccione nostra et guidatico specialiter et itaque nullus cuiuscumque condicionis existat de nostri confidens, / gratia vel amore audeat vel presumat dampnum aliquod vel gravamen inferre, vobis dicte abbatisse et vestro monasterio ac dominabus familiis et hominibus sive bonis eiusdem monasterii, vobis cum et eisdem hominibus existentibus paratis facere querelantibus iusticie / complementum. Quicumque autem ausu temerario ductus contra hanc nostram proteccionem et guidaticum venerit vel

venire presumpserit, iram et indignacionem nostram et penam .Mille. morabetinos auri nostro grario applicandorum, se noverit absque remedio aliquo incursum /6 dampno illato primitus et plenarie restituto. Mandantes per presentem cartam nostram procuratori nostro eiusque vices gerentibus, nec non vicario Bagiarum Berge et Bergeritani presentis et qui pro tempore fuerit, aliusque officialibus nostris presentibus et futuris / vel eorum loca tenentibus, que presentem proteccionem et guidaticum nostrum firmum habeant et observent ac faciant inviolabiliter observari et non contraveniant, nec aliquem cointravenire permittant aliqua racione. In cuius rei testimonium presentem vobis fieri iussimus, / nostro pendenti sigillo munitam.

Date Barchinone, quintodecimo kalendas novembris, anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo Quinto pro visa ay.

1336, abril 4. Berga

Controvèrsia o qüestió entre els religiosos Fra Menors de la vila de Berga, i Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, contra la part de dret en els espais alodials del lloc anomenat "Els Palomers" situat dins la parròquia de Berga, on s'està construint el nou monestir de Santa Maria de Valldaura. Com avinença, pactaren la distribució de l'espai a fi de protegir el monestir en la contemplació de clausura de les monges i la construcció adient: tancament de patis i murs comunicadors, parets altes i finestres protegides. Igualment que l'abadessa en nom de la vila i la universitat de Berga pagarien als Freres Menors 8000 sous de Barcelona en quatre anys: a l'inici 3000 sous, al 2º any 2000, al 3º any 2000, i al 4º any 1000. Berga.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.165, n. 20. Perg. 730/495. Parts perdudes per doblec vertical al mig i taques d'humitat. Falta tros trencat a la part inferior esquerra. Document partit per ABC.

ABC

ABC

ABC

Noverint universi quod inter religiosos gardianum et (Fra)tes^a Minores ville Berge ex parte una, et venerabilem dominam Ciliam, Dei gracia abbatissam monasterii Vallis Laure, et eius moniales ex altera, controversia seu questio, dintius esset mota ratione iuris alodiarum patiorum monasterii construendi pro dictam dominam, in loco vocato dels Palomers situ infra parrochia Berge, et de ipsis patius pro / domo ipsorum Fratrum Minorum et monasterio supradicto occupand(is)^b et proxima vicinitate dictorum fundamentorum monasterii et domus predictorum et dintius^c, in dicta questione esset agitatum et litigatum pro evitandis questione et omni scandalo quod poterat

a. Illegible per doblec. Interpretem.

b. Doblec vertical, interpretem.

c. predictorum et dintius. Interlineat.

faciliter ortu pro premissis, intervenientibus consiliaris et quibusdam procuribus ville Berge, quorum intererat dictam questionem sedarii et omne scandalum de (...)i^d. Cum honore dampni et comodi ne-/3 gociorum predictorum ad eos pro parte expectarent et vi (...)e subite. Ideo ad consilium et laudium Consiliarum et procederum predictorum, una cum reverendo patre, et multum religioso domino frater Raimundo de Basso, ministro Fratrum Minorum in Aragone provincia, venuerit partes predictae ad concordiam et in rem subscriptas. Quoniam dicto reve(ren)dus^f ministro et frater Petrus Fuilani, gardiamus dicte / domus Fratrum Minorum, de consensu et assensu fratrum infrascriptorum, conventus dicte domus ad Capitulum convocatorum per se et suos fratres et conventum dicte domus, voluerit et consenserunt dicte domine abbatisse, gratis et spontanea voluntate, ex ipsa domina abbatissa cum suis monialibus et sequatibus et omnia suam tenentibus habeant et habere possint ius alodiarum eis concessit per illustrissimum dominum regem / Alfonsum bone memorie, de orto qui quondam fuit Iac(obus)^g Alodio et vinea et terra R. de (Cana)libus^h que est contigua dicto orto et retro ipsum per rectam lineam pro ut proceditur et procendi pote recta linea per cantonem domus, in qua dicta domina nunc moratur cum suis monialibus, usque ad torrentibus Raimundi de Canalibus versus dictos fratres et etiam habeant et habere possint omni ius alodiarum de ortis et terris /6 qui (...)iⁱ in parte superiori supra ortum, vineam et (terram)^j supradictos sive sit dicte domine iam concessim sive concedendum, per dominum regem Aragone sive per alias personas, et que possit dicta domina et succesoris eiusdem in dignitate abbacie, occupare dictos terras, ortos et vineas per monasterium ibidem construendo sue religiosis sue ordinis donarum predicti non obstate concessione sive gratia eis / domini Fratribus Minoribus facta per dictum dominum regem vel (...)k quicumque

d. Tacat.

e. Doblec vertical.

f. Doblec, idem.

g. Idem.

h. Tacat, interpretem.

i. Tacat, falten 2 lletres.

j. Rascat i borrós, interpretem.

k. Doblec.

aliam personam et iure (quali et)^l ipsis adquirere de iure alodario (in etiam)^m super utili de ipsis patius et quolibet iuro directo dictorum ortorum, terrarum et vinearum pro eorum domo monasterio construendis iuxta locum del graner, situm in parrochia supradicta, et in quo dicti fratres incipierint in habitare et etiam inhabitare acciliter. Remitentes et / expresse relaxantes dicte domine abbatisse per pactum expressum et stipulacionem sollempnem (...) ⁿ omne ius eis acquisitum (...) ^o in dictis ortis, terris et in patius pro monasterio dictorum monialium predicto construendo, occupandis iuxta formam superius expres(sam)^p, presertim cum patium eiusdem fratribus ordinatum ac destinatum pro monasterio et domibus suis edificandis et /9 construendis per Consules et Probos homines antedictos (...) ^q sufficient et sint competentia cons(iderato)^r Fratrum Minorem qui nunc seu (imposterum)^s possint inhabere et ipsa patica reputent temperata. Has itaque remissionem et relaxacionem de premissis, omnibus et singulis reverendus minister et gardianus predicti fecerunt dicte domine abbatisse et successoribus eiusdem, perpetuo pro ut melius dici et intelligi pote hoc / cum pacto adiecto, que dicta domina nec eius successoris, habentes et possidentes actuale dictum patium ipsi domini destinatum, possint habere fenestram fenestrellem in domibus in quibus nunc inhabitant nec in muris qui ficet pro clausura monasterii earumdem recta linea pro cantonem dicte domus versus monasterium dictorum fratrum, usque ad torrentem Raimundi de Canalibus predicti, nec possint habere terratum pla-/num nec domum aliam per longum versus monasterium dictos fratrum ex quibus possint de ipsis badare versus ipsum monasterium nec aspectum habere. Immo omnia portalia et fenestre que nunc sunt in dictis domibus versus dictos fratres per longum claudantur huic ad primum instans festum Omnium Sanctorum et pro eadem domina habeat exigere muros sine fenetris et aperturis ad altitudine

-
- l. Tacat, interpretem.
 - m. Idem.
 - n. Tacat, illegible 10 lletres.
 - o. Idem.
 - p. Borrós, interpretem.
 - q. Doblec.
 - r. Taca, borrós, interpretem.
 - s. Mica borrós per taca.

condecetes, pro habito volun- /12 tatis pro ut decet et convenit ordini et sue honestati que ecclesia seu caput ecclesie earum in dicto loco sit, et habeat esse in orto Petri Baladreti vel in alio loco esquili ut ibidem in dicta ecclesia ponere esquilam vel campanam in decenti loco, ut pulsatio eius non sit occasio vel occasionem prestat divina turbeas vel sermones que fierit in monasterium dictorum fratrum. Cuius squille vel cimbali / pulsatio constien dicte domine et successorum suarum penita^t reliquitur, et que ipsa domina nec sue successoris non possint extra muros suos predictos versus monasterium dictorum fratrum, in intermedio monasteriorum predictorum, adquirere nec habere patium quocumque titulo pro edificaciis construendis, quia ipsi fratris hoc idem convenerunt et promissunt eidem domine et suis successoribus, non habere extra muros monasterio eo- /rumdem in intermedio supradicto, nec facere fenestram seu fenestrellam nec aperturam aliquam in muris predictis versus monasterium dictarum donarum, recta linea pro dictos muros quos facere promittunt et construere recta linea de portali orti Raimundi, tapia usque ad torrentem Raimundi de Canalibus, et de ipso portali versus orientem, recta linea iuxta villam predictam, pro ut dicti muri et edificacio /15 eorum domini dictis fratribus extitit permissa et per termino (...) ^u limitata, et de voluntate eorumdem per consiliarios et aliquos proceres predictos ad hec et ad omnia et singula predicta specialiter destinatos.

((Versa vice venerabilis domina abbatissa predicta, predictis omnibus consentiens per se et eius moniales et concensu dictorum monialium suarum infrascriptorum et Capitulum convocatarum. Convenit et promisit / bona fide et firma ac legali et sollempni stipulacione, et per pactum expressum, reverendo domino ministro et gardiano predictis, et aliis fratribus dicti monasterii. Quod ipsa claudet portale et fenestras et alias aperturas dictarum domorum in quibus inhabitat, in muros faciet pro libito voluntatis ex abisso usque ad celum, sine fenestris et aperturis sequentes versus fratres predictos et alia omnia / predicta et singula, faciet et

t. penita , interlineat.
u. Doblec.

complebit iuxta asserta et retenta per predictos fratres, et iuxta modum per eisdem superius expressum, sub obligatione omnium bonorum suorum, et predicti sui^v monasterii. Et tam dicti fratres quam dicta domina abbatissa, renunciarunt per pactum expressum, omni iuri et privilegio, indulto de cetero eis indulgendo, quibus adversus predicta vel aliquid premissorum, se possent aliquo /18 adiuvari. Et nichil omnibus una pars alteri adiuvari sollempnibus stipulacionibus huic inde intervenientibus bona fide sine fraude promissunt perpetuo, omnia et singula predicta in posse notarii infrascripti pro dictis partibus et earum qualibet, et pro omnibus etiam quorum interest et interese et intereri pote et poterit legitime paciscentis et stipulantis, atendere, provare, complere et non contravenire palam vel / occulte, nec venienti consenienti de iure vel de facto, aliquo racione vel cause. Et etiam in robur et firmitate predictorum, tam reverendus ministro et gardianus predicti quam venerabile abbatissa predicta, sponte iurarunt per Dominum Deum et eius Sancta IIII^o Evangelia, manibus ipsorum et cuiuslibet eorum corporaliter tacta, predicta omnia et singula atendere, servare et primabiler complere et nunquam contrafacere vel venire.

/ Ad hoc fratre Raimundus de Stagno lector, fratre Tomas prior, fratre Iac(ob)us^w de Monte sicto, fratre Ffrancischus Laurator, ffratre Petrus de Matamala, fratri Petrus Biuge, fratri Ffrancischus (Des)talis, fratri Bernardus Felicis et fratri Berengarius de Manso, fratres monasterii Fratrum Minorum predicti, predictis omnibus presentes et conse(...)^x tes, promissunt bona fide et firma et legali stipulacione per pactum expressum /21 dicte domine abbatisse et notario publico subscripto pro ipsa domina abbatissa et omnibus etiam personis quarum interest et intererit stipulanti et legitium recipienti predicta domina, et singula firma et rata habere, tenere et observare et non contravenire de iure vel de facto aliique racione vel cause. Et etiam Sancia de Vilanova sacristana, Eliessendis de Solerio subtus priorissa, Eliesendis de Moraria /

v. sui , interlineat.

w. Tacat, interpretem varies.

x. Trencat, falten 3 lletres.

cantatrix Sperta Pascale, Alamanda Alamanya, Alamanda de Sancta Eugenia, Sclarmunda de Tort, Francisca de Monteacuto, Constanca Alamanya, Agnes de Muntpalau, Ermessendis de Muntpalau, Simona de Muntredon, Saura Roma et Sibilialia de Besora, moniales monasterii supradicti, predictis omnibus presentes consenserunt et promittentes bona fide, et firma stipulacione reverendo domino / ministro et gardiano predictis et notario infrascripto pro ipsis et omnibus quorum interest et intererit stipulanti et pacienti attendere, tenere^y et observare predicta omnia et singula, et ea firma et rata habere et non contravenire de iure vel de facto aliqua ratione vel cause. Ad hoc Petrus Bartholomei, Johannes Ferrari et Guillelmus Raimundis de Alodio, consules ville Berge, et etiam Arnaldus Roma, Arnaldus de Condeminis, /24 Raimundus de Ripperperia et Guillelmus Luppeti, iurisperiti dicte ville ad premissa specialiter destinati, cum publico instrumento inde confecto, quarto nonas aprilis anno subscripto assencientes compositioni predictae, et omnibus et singulis predictis quatenus eorum interest et interere pote, auctoritate eis attributa nomine dicte Universitate, laudarunt et approbarunt compositionem et omnia alia et singula predicta, promittentes nomine dicte Universitatis, dictis partibus et earum cuilibet bona fide, et pro pactum expressum, et notario infrascripto pro ipsis partibus^z, et eorum qualicet et pro omnibus personis quarum interest et intererit stipulanti et recipienti predicta omnia et singula, grata, rata et firma semper habere, tenere et observare et non contravenire aliqua ratione vel cause, et pro patium dicte domine abbatisse destinarum pro monasterio suo construendo ac etiam destinando cum suis edificiiis fecis et faciendis, nullo unquam tempore dabunt nec assignabunt alicui religioso vel religiose, cuiusque ordinis existat, ni tamen modo dicte domine abbatisse vel suis successoribus et ecclesia de gentibus, cum monasterio in patio et sine patio predictis quod si fieret eo causa dicta donatio careter penitus viribus et effectum. Et /27 nichilominus ad honorem Dei et beate Marie eius matris et sancti Francisci confessoris et in remissione peccatorum singularum dicte

y. tenere , interlineat.

z. partibus , interlineat.

Universitate et contemplacione avinencie predicte inter partes face, ut semper rata maneant auctoritate eis in dicto publico instru(mento) (...) ^{aa} tessa nomine dicte Universitate, et pro ipsa dedenter et dare promiserunt predictis Gardiano et eius conventui, illos .Octo Mille. solidos Barchinone / de terno, pro patius et fundamento domus eorum ac edificiis eiusdem construendis, prosolvendis infra quatuor annos primo venientes, videlicet, isto presenti anno .Tres Mille. solidos et in subsequenti immediate .Dos Mille. solidos, tercio .Duos Mille. solidos, et quarto .Mille solidos., quos eisdem dicta Universitas in dicto publico instrumento concessit, quia per presentem concessionem vel alique que in presenti convenientur / instrumento non intenderunt, duplicare dictam quantitatem set solvo illam quantitatem, que per dictam Universitatem iam in dicto publico instrumento est concessa, sive sit iam data per eandem Universitatem face dandi. Et pro predictis obligarunt dicto Gardiano auctoritate premissa, et notario infrascripto pro ipso et dicto suo conventus, et pro omnibus etiam quorum interest et intererit paciscenti et recipienti /30 omnia bona dicte Universitatis. Renunciantes quo ad hec omni iuri et rationi et consuetudini contra hec faciantibus.

Quod fuit actum pridie nonas aprilis, anno Domini M^o CCC^o XXX^o Sexto.

Sig+num reverendi fratris Raimundi de Basso, ministri. Sig+num fratris Petri Fuilani Gardiano, presbitorum. Sig+num venerabilis domine Cilie, Dei gracia abbatisse predicte, qui predicto laudarunt / firmarunt et iurarunt.

Sig+num fratris Raimundi de Stagno, fratris Rome Petri, fratris Jacobi de Monte sicto, fratris Francisci Lauratori, fratris Petri de Matamala, fratris Petri Biuge, fratris Francisci Destales, fratris Bernardi Felicis et fratris Berengarii de Manso, fratrum monasterii predicti Fratrum Minorum Predicatorum, qui predicta conseserunt, laudarunt et firmarunt.

aa. Tacat, interpretem un tros, falten 4 lletres.

/ Sig+na Sencie de Vilanova, Eliesendis de Solerio, Eliesendis de Moraria, Esperte Pascale, Alamande Alamanya, Alamande de Sancte Eugenia, Sclarmunde de Tort, Francisce de Monte Accuto, Constancie Alamanya, Agnetis de Munt Palau, Ermessendis de Munt Palau, Simone de Munt Redon, Saure Roma et Sibilie de Besora, mo-/33 nialium predictarum, que predicta laudarunt et firmarunt. Sig+na Petri Bartholomei, Johannis fratri, Guillermi Raimundi de Alodio, Arnaldui Roma, Arnaldi de Condeminis, Raimundi de Ruperperia et Guillermi Luppeti predictorum, qui predictis conseserunt eas laudarunt et firmarunt.

Presentibus testibus firmamento et iuramento dictorum reverendi Ministri et Guardiani, et firmamen(tis)^{bb} / fratrum predictorum, fratre G°. Segarra, fratre Francisco Ianuerii sociis dicti reverendi Ministri, Raimundo Dolvan baiulo Berge, Petro de Giamotu subvicario Berguitani, Bernardo de Condeminis, Jacobo Dolvan et Bernardo Bartholomei, qui etiam testes fuerint consiliarium et aliorum procuratorum et peritorum predictorum firmamentorum. Firmamento voster instrumenti dicte domine abbatisse, et firmamentorum aliorum / predictarum dominarum, testes sunt, Raimundus Dolvan et Petrus de Graniero predicti, et Bernardus de Condeminis, et Bernardus Bartholomei, et Bernardus dez Portolil scriptor, qui predictis omnibus interfuit.

/36 (Sig)^{cc}+num mei Raimundi de Sorribes, notarii publici ville Berge, auctoritate Raimundi de Gerundella, vicarii perpetui de ecclesie eiusdem, qui hec scribi feci, cum supraposito in secunda linea ubi dici, predictorum et dintius, et in tercia decima linea ubi legitur, penitus, et in septima decima linea ubi scribitur, sui, et in vicesima tercia linea ubi, nominatur tenere, et in vicesima quinta linea ubi emaratur,

bb. Tacat, interpretem.

cc. Trencat, falta tros, interpretem.

partibus, / (...) ^{dd} et cum raso et emendato in vicesima septima
linea ubi continetur, dicte, et clausi.

dd. Trencat, falten unes 9 lletres.

1336, maig 3. Castell de Guàrdia.

Guillem des Verdaguer, oriünd de la parròquia de Santa Maria de Matamala, que ara viu a Manresa, confessa i reconeix ell i fills, ser home propi i soliu del monestir de Santa Maria de Valldaura i de l'abadessa del mateix. Promet no tenir altre senyor. Fa homenatge oral i de mans. Paga un cens anual per Nadal, d'una unça de pebre. Terme Les Lloses, comarca del Ripollés.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.166, n. 1. Perg.
223/221. Taca al mig del pergamí. Borrós i fluix.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus des Verdaguer, qui fui oriundus in parrochia Sancte Marie de Matamala et nunc habito in civitate Minorise, / gratis et excerta sciencia, (cum testimonio)^a et auctoritate huius publici instrumenti. Confiteor et in veritate recognosco me esse hominem proprium et /3 solidum, cum omnis prole mea nata et nascita, et cum omnibus bonis et rebus meis mobilibus et immobilibus habitis et habendis ubique, monasterii / Sancte Marie de Vallaura et domine abbatisse eiusdem monasterii et omnium successorem suorum abbatissarum ipsius monasterii. Et promito / que ero, dicto monasterio et domine abbatisse eiusdem et suis successoribus, bonus, fidelis et legalis dicto et facto in omnibus et per omnia /6 bona fide, et nullum alium dominum faciam vel reclamabo ni dictam dominam abbatissam et successores suas et monasterium plelibatum. Sic / que nulla temporis prescripio habitatione villarum, civitarum, castrorum vel opidorum seu aliorum locorum domini regis, et alterius persones possint / mihi vel meis prodesse, nec dicto monasterio de Vallaura seu domine abbatisse eiusdem, in aliquo obece, nec dicta domina abbatissa vel eius /9 successores possint me recipere, nec alius dominis

a. Fluix, interpretem.

licenci iura firma autoritate corporis mei possessione, promito dare annuatim in festo Natalis / Domini, dicte domine abbatisse et suis successoribus .unum. unciam piperis. Et que contra predicta non veneram, bona fide promito et etiam in Deum / (et super Sancta)^b IIII^o eius Evangelia, corporaliter per me tacta, gratis et sine vi, iuro faciendo inde de presenti, vobis Simoni de Podiolo vice /12 ac nomine dicte domine abbatisse, recipienti homagium manuale, ore, proprio ac manibus propriis comendentum.

Actum est hoc V^o nonas / madii, anno a Nativitate Christi Millesimo CCC^o Tricesimo Sexto.

Sig+num Guillermi dez Verdeguer predicti, qui hoc laudo, firmo et iuro, ac / homagium facio.

/15 Huius rei testes sunt: Petrus Zabater. Raymundus Zabater et Petrus dez Verdeguer.

/ Sig+num^c Raymundi Dorriols, notarii publici terminorum castri et honoris de Guardia ac Ruppis de Baboreis, qui ex apprissione, habito / dez capite ville presbiteri Vicens, eiusdem teneatis hoc scripsit.

b. Fluix, interpretem.

c. Signa autografat i decorat.

1340, abril 21. Església d'Olvan
Meritó Zamora, fill de Guillem Zamora, de la parròquia de Sant Andreu de Sagàs, dona, concedeix i ofereix per remei de la seva ànima i dels seus pares i amics, a Dèu i al monestir de Santa Maria de Valldaura i a la priora Constança de Portella, tot el que li pertany i pugui pertànyer de dret, en tot el lloc seu, veus i accions reals i personals, mixtes, útils i directes. Situat al terme de Sagàs, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.166, n. 2, Perg.
 238/150. Té dues taques d'humitat a mig pergamí.
 Molt fluix i borrós, en general.

Noverint universi quod ego Moritonus Zamora, ffilius Guillermi Zamora et Berengarie eius uxor quondam, parrochie Sancti Andree de Sagas, magna et pia / devocione dedimus quam semper habui et habeo in beata virgine Marie et tota curia celesti. Ideoque attendens per sola ea retinentur que ad honorem Dei et eius servicium impenduntur. Id circo, gratis et ex certa sciencia et mente debiberata et considerata ad honorem Dei et gloriosse virginis matris / eius, et totius curie celestis, et ob remedium anime mee et parentum et amicorum meorum et omnium fidelium defunctorum, dono, concedo et offero per / me et per omnes meos ex causa donationis pure perfecte et irrevocabiliter inter vivos, Domino Deo et monasterio beate Marie Valle Laure et vobis domine /6 Constancie, priorisse monasterii iam dicti, et eius conventui et vestris successoribus perpetuo, me et omnia bona mea que habeo nec habere debeo nec mi pertinent vel / pertinere possunt nec debent quo vis iure racione vel causa utrique locorum. Itaque me et omnia bona mea predicta in iura habeatis et recipeatis auctoritate huius / publici instrumenti, per vos vel per quos volueritis inde et quotiens vobis placuerit et videbiter fore faciendum. In hiis

itaque omnibus et singulis supra dictis, dono et con-/9 cedo vobis dicte domine priorisse et conventui dicti monasterii et successoribus vestris, scilicet, abbatisse et conventui monasterii Valle Laure perpetuo, totum locum / meum, voces et accionis reales et personales, mixtas et coherentes, utiles et directas et quascumque alias mi competeres et competere debentes in iudicio vel extra. Qui-/bus vocibus et iuribus et accionibus meis possitis, vos et successores vestre et dicti monasterii, agere uti et experiri in curia et extra curiam, in iudicio et extra, coram /12 quibuscumque personis et coram quibuscumque iudicibus, tam secularibus quam ecclesiasticis, agendo, defendendo, tanquam in rem vestram propriam et dicti monasterii quem ad modum ego facere / possen me huius modis donationem et cessionem. Et de predicta donatione et concessione induco vos et dictm monasterium Valle Laure, et successores vestre que protec-/tore fuerint, cum hac carta in veram et plenam corporalem possessionem, per me et omnes meos, instituendo vos et dictum monasterium et successores dicti monasterii abbatissas et /15 conventus, voster procuratores dominos et potentes tanquam in rem vestram propriam et monasterii. Et nichil omnibus promito vobis, dicte domine priorisse et conventui et notario infrascripto, tanquam / publice persone legitime stipulanti et recipienti, que dictas donationes et concessiones^a nunquam de cetero revocabo nec de ea nec de bonis meis alter ordinabo, nec facian testamentum, nec / codicillum vel ulteriam voluntatem nec alie accione. Et hoc iuro per Deum et eius Sancta quatuor Evangelia, a me corporaliter tacta, predicta attendere et complerere et non contrafacere vel /18 venire aliqua ratione vel causa. Immo, sponte renuncio super hoc legi directi donationem, posse causa in gratitudinis revocarii. Et omni alii iuri contra hoc facienti. Salvo / tamen et retentu in dicta donatione mihi, omnibus diebus vite mee que de bonis vestris et dicti monasterii provide(itur)^b iuxta (...) ^c, scilicet in victu, vestitu et calciatu et aliis / necessariis, tan in sanitate quam infirmitate, in quibus mis (...) provideredum mi fuerit vita

a. con , interlineat.

b. Fluis, interpretem.

c. Fluix, illegible.

comes promitendo (...) ^d que ero, vobis et successoribus vestris, dicti monasterii abbatisses /21 et conventui, bonus fidelis et legalis procurando comodum (...) ^e utilitatem vestri et dictorum successorum vestrorum monasterii iam dicti, ut magis potere in laborationibus pro-/curando, laborando, fodendo, auumentando et administrando (...) ^f ipsi monsterio et pro eius neccessariis iuxta posse, omni tempore die (vixori) ^g laborabo.

Quod est actum XI kalendas madii, / anno Domini M^o CCC^o XL^o.

Sig+num mei Morito (Zam)ora^h, qui predicta laudo, iuro, concedo et firmo.

Testes res huius: Raymundi de Condeminis, rector de Sagas. /24 Petrus de Vilalta, presbiter. Petrus Boni, baiulus (...) ⁱ. Petri Andree et Petrus de Podio, clerice.

Ego P. Canaleta rectore Sancte M^a Dolvan, notarius publicus eiusdem, hoc scribi feci / cum supraposito in XVI^a linia vi dici, con, et meo Sig+num^j, clausi.

d. Fluix, illegible.
e. Taca, llegalible 1 paraula.
f. Idem.
g. Fluix, interpretem.
h. Fluix, interpretem.
i. Taca, illegible 1 paraula.
j. Signe autografat i decorat.

1340.

*Revers diu: "En lo qual hi ha tres escle.: lo fonament y
hesencial de la mutació feren les monges de Val llaura a
la villa de Berga ab los pactes i obligacions feu la vila
y Val llaura, privilegi del rei Alfons fet en Montblanch.*

A. AHN. Clero, Valldaura, c.166, n. 3, Perg.
695/2480. Són 4 pergamins enganxats, cosits, amb una
cinta passant d'uns 600 mm de llargada cada un. Mal
conservat i pràcticament illegible.

1340, juny 7. Berga

Davant de notari, testimonis, i de Raimon de Condemines, rector de Sagás i procurador i de Constança de Portella, priora del monestir de Santa Maria de Valldaura i la comunitat monges, són presentats dos documents: Un, en què Berenguer de Portella, ardiaca de Berga, dóna fe per construir una església pel monestir de Santa Maria de Montbenet. L'altre, en que el bisbe d'Urgell, dóna una carta al seus canonges, dirigida a Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Montbenet, per fer l'esmentada església, el document és llegit públicament. I finalment, l'acta feta davant de notari, amb la demanda per part del monestir de Santa Maria de Valldaura, d'un espai de temps per estudiar-ho. Berga.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.166, n. 4. Perg. 401/361. La lletra inicial decorada. Fluix les línies 1,4,5 i 6. En el verso diu: "La priora de Valldaura requereix a l'abadessa de Berga".

Noverint universi quod in die intititata septimo idus iunii, anno Domini Millesimo CCC^o Quadragesimo, circa horam vesperem, in presencia mei Perichoni Muntanerii, scriptoris iurati substitutique a notario infrascripto et testium subscriporum ad / hec specialiter vocatorum et rogatorum discreto Raimundo de Condeminis, rector ecclesie de Sagas, procurator ad infra scripta constitutus et alia plura a dominabus Constancia de Portella, priorissa monasterii Valle Laure, Timbors de Que-/3 ralto, Sancia de Fabricha, Eliesende de Castelars, Timbors de Portella, Sclarmonda de Rechts, Cilia Sancte Eugenia et Ffrancischa de Monte Acuto, monialibus monasterii ante dicti ut patet in instrumento ipsius procurationis, confecto auctoritate / Petri Canaleta, rectoris Sancte Marie Dolvan et notarii publici eiusdem, die intititata

tercio nonas iunii anno predicto consti(tu)tus^a personalier in monasterio de Montebenedicto, constructo in parrochia Berge, ante presenciam venerabilis et religiose domine / Cilie, Dei gratia abbatisse dicti monasterii de Montebenedicto, presentavit, et per me dictum scriptorem publice legi fecit dicte domine abbatisse, quandam cartam pergameneam scriptam venerabilium Arnaldi de Manso, Urgellensis canonici et /6 Arnaldi Lauronis, officiali Urgellensis comissariorum reverendissimi in Christo, patris domini Arnaldi, Dei gratia Urgellen episcopi, super ecclesia hedificanda in dicto monasterio de Montebenedicto, pro ut continetur in dicta carta, sigillis pendentibus eorumdem in cordulis fili albi munitam ut facie prima aperpebat, que quidem carta incipit per hunc modum:

((Venerabili et religiose domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii de Montebenedicto, siti / infra territorium ville Berge, Urgellen diocesis, Arnaldus de Manso Urgellen canonicus et Arnaldus Lauronis officiali Urgellen, salutem in illo qui est oscure vera salus. Circumspeccioni vestre, presentium serie intimamus quod re-/9 verendus in Christo, pater et dominus dominus Arnaldus, Dei gratia Urgellen episcopus, ad instanciam, suplicacionem et requisicionem Romei Vilana, procuratoris vestri, ac que quidem carta fuit data in civitate Urgellen, tercio kalendas iu-/nii anno predicto. Et est presentavit et per me dictum scriptorem eidem domine abbatisse, publice legi et notifficari fecit, quoddam publicum instrumentum factum super dicta ecclesia edifficanda in dicto monasterio de Montebenedicto, / quod sic incipit:

(((Noverint universi quod nos Berengarius de Portella, archidiaconus Berge in ecclesia Urgellen, vidimus quandam leram venerabilium dominorum Arnaldi de Manso, canonici Urgellen, et Arnaldi Lauronis officialis /12 Urgellen et cum quod quidem instrumentum fuit confectum auctoritate Petri domini Gerri, notarii publici civitatis Sedis Urgellen, quarto kalendas iunii anno supradicto. Et est quoddam aliud publicum instrumentum

a. Borrós dues lletres.

factum ecclesiae edificacionis dicte / ecclesie in dicto monasterio Sancte Marie de Montebenedicto quod sic incipit:

(((Noverint universi quod ego Raimundus de Gerundella, vicarius perpetuus ecclesie parochialis beate Eulalie ville Berge, vidi quandam literam venerabilium / dominorum Arnaldi de Manso, canonici Urgellen et Arnaldi Lauronis, officiali Urgellen et cum quod quidem instrumentum fuit confectum kalendas iunii anno predicto, auctoritate Petri Andree, notarii publici ville Berge. Quibusquidem instrumentis et carta /15 perlectis et notificatis dicte domine abbatisse, dictus procurator dixi que erat paratus dicta tria instrumenta dicte domine abbatisse tradere. Si tamen ipsam tradere^b voluerit eidem, procuratori instrumenta anconosa proprietatum et loca designata dicto monasterio / antiquo Valle laure, pro ut in Capitulis et Senia inde factis super divisione dicti antiqui monasterii continetur, que omnia requisivit feri et compleri sibi et parti sue per dictam dominam abbatissam, ab fuit protestatus que non stat / per ipsum seu partem dicte domine priorisse, quin dicta instrumenta eidem domine abbatisse tradantur sed per dictam dominam abbatissam contra quam etiam fuit protestatus de penis contra eandem abbatissam appositis et contentis in /18 dictis Capitulis et Senia et aliis publicis instrumentis, et de dampnis sumptibus et expensis propterea factis et fiendis. Quibus omnibus ita preactis, dictus Raimundus de (Condeminis)^c nomine procuratorio quo supra, man(da)vit^d sibe de premissis / omnibus hec presens publicum testimoniale instrumentum, intestimonium premissorum presentibus testibus, Petro de Torrente, rectore de la Clusa; Berengario de Torrents et Pericono Salau habitatoribus Berge.

((((Et die intitulata quarto idus / iunii, anno predicto, circa horam meridiei, Bernardus Salau (...)^e, presbiter Berge, nomini procuratorio ut asservit dicte domine abbatisse, tradidit

b. tradere , interlineat.

c. Doblec, interpretem.

d. Tacat, interpretem.

e. Illegible 1 paraula.

michi Pericono Muntanerii, scriptori predicto et mandavit inseri et continuari in hoc publico /21 instrumento, presentibus testibus Iacobo Castelli et me, dicto scriptore, rensicione sequitem: ((Ad que respondet dicta domina abbatissa, quod procurator partis adverse, qui primitus ipsam provocavit ad complendum promissa debet primitus satisfa-/cere et tradere instrumenta per eum vanata, et nichil omminus debuit sibe tradere transumptum ut posset deliberare super ipsis que petit ante omnia feri cum ipsa parata se offerat perficere et complere ea omnia que per ipsam / sint complenda, iuxta promissa omni fraude et dolo post positis et retroiectis que complere non tenetur nedum censibus pretactis set etiam quia dictus protestans seu pars sua non complevit seu compleri fecit /24 ea ad qua tenebatur, videlizet, que vicarius Berge consetiret et firmaret in dictis convencionibus pro ut facere tenebantur sine prejudicio iure dicti monasterii et pro ut firmavit dominus archidiaconus Berge, in / ecclesia Urgellen. Item qui dictus procurator non obtulit se traditurum comissionem domini episcopi Urgellen, factam venerabilibus dominis Arnaldo de Manso et officiali Urgellen, super suplicatis per dictam / abbatissam protestans pro sine aliqua diminucione est intencionis, et offert separatam facere in omnibus et per omnia, que facere et complere tenetur si pars alia faciat illud idem, et iuxta conventa /27 et promissa per eum, ab remanevit, non per eam set per adversam partem de quibus ac.

/ Sig+num^f mei Petri Andree, notarii publici ville Berge, auctoritate Raimundi de Gerundella, vicarii perpetui ecclesie eiusdem ville, qui hoc cum supraposito in XV^a linea vi dici, tradere, scribi feci / et clausi.

f. Signa autografat i decorat.

1340, juny 27. Cardona

Davant el notari i testimonis, Berenguer d'Olzinosa, presbíter i procurador de domna Constança de Portella, priora del monestir de Santa Maria de Valldaura, presentà i donà protest a Pere Salau, procurador de Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Montbenet de Berga, per haver pres homenatge a tres homes del lloc i castell de Solanelles. Situat al terme de Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.166, n. 5. Perg. 521/289. La lletra inicial decorada. En el revers indica: Protest donat per lo procurador de la priora Vall Laure contra lo procurador de la vila de Berga perquè home pres homenatge de tres homens de Solanelles, 1340.

Noverint universi quod die martis intitulata quinto kalendas iulii, anno Domini Millesimo Trescentesimo Quadragesimo. In presencia mei notarium et testium infrascriptorum. Berengarius Oltzinosa, presbiter procurator nobilis religiose domine Constancie de Portella, priorisse monasterii Vallis Laure, constitutus personaliter in villa Cardone ante / presenciam Petri Salau, procuratoris nobilis et religiose domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii de Montebenedicto de Berga, presentavit eidem et per me dictum notarium, publice legi fecit quandam protestacionem, in quadam cedula papirea scripta cuius tenor talis est:

(Cum tam per Capitulam quam per Sentencias Declaraciones /3 castra seu loca de Solanellis, de Sent Domi, e deles Planes et omnes terras possessionis et terminos ipsorum. Cum omnibus hominibus in dictis locis comorantibus et aliis iuribus universis ipsis locis et hominibus pertinencibus seu pertinent

debentibus fuerint monasterio Vallis Laure et domine priorisse ipsius monasterii, adiudicata, ut in / dictis capitulis seu declaracionibus continetur. Et nos Petrus Salau, procurator syndicus seu iconomus nobilis et religiose domine abbatisse monasterii de Muntebeneyt Berge. Intradendo possessionem michi Berengario de Oltzinosa, procuratori syndico seu iconomo nobilis et religiose domine priorisse Vallis Laure, de dicto loco de Solanellis / retinueritis tres homines dicti loci, videlicet, Petrum de Vilaseca, Petrum N'Agramunt et Matheum Riera et dominam Jacmam, matrem dicti Marthei, habitatores et affocatos dicti loci, hac ab ipsis que de trius est recepistis sacramentum et homagium nomine dicte nobilis abbatisse, contra mentem, tenorem et seriem /6 dictorum Capitulorum et dictorum Sentenciarum seu Declaracionem. Ideo ego, dictus Berengarius de Oltzinosa, nomine quo supra, requiro vos dictum Petrum Salau, ex parte dicte nobilis priorisse, et vigore et potestate dictorum Capitulorum et dictorum Sentenciarum quatenus, incontinenti iam dictos homines et mulierem, / a dicto sacramento et homagio per vos nunc noverit receptis, penitus absolvatis ad hoc ut faciant et facere possint mi nomine, quo supra sacramentum et homagium, pro ut alii omnes homines dicti loci michi iam fecerunt. Et dicta Capitula et Sentencias seu Declaraciones, omnino teneatis et observetis nec / contra ea aliquid faciatis seu fire promittatis. Cum possessionem dicti castri de Solanellis et omnium hominum ipsius castri, minime plene et complete tradideritis, quod quidem facere teneamini et debetis ut supradictum est. Cum in dictis Capitulis et Sentenciam seu Declaracionem, dicti homines non fuerunt excepti /9 seu remoti. Immo, ipsum locum et omnes homines habitantes in ipso loco fuerunt adiudicati. Item dico que in quantitate .Mille et Octigentorum. solidorum, contentorum in quodam Capitulo sive Declaracione quod incipit.

Et tam dicta domina abbatissa et cum fuerit erratum sive intervenerit error, quo ad dictam quan-/titatem, cum non deberentur predictis Bernardo de Moraria, nec iudeo creditoribus, contentis in dicto Capitulo seu Declaracione, nisi .Mille Quingenti Nonaginta. solidi. Et sit deficiunt .Ducenti

decem. solidi, de quantitate contenta in dicto Capitulo. Quare requiro que deducatur et defalcatur de quantitate / .Noningentorum. solidorum, quam dicta domina priorissa, solvere debet et tenetur pro solido et^a libra iuxta tenorem et formam dicti Capituli et Declaracionis, ab protestor in hiis scriptis publicis de iure dicte nobilis domine priorisse et eius monasterii. Et que non stat pro me quiti predicta fiant, et compleantur, iuxta /12 tenorem dictorum Capitulorum. Et dicte declaracionis set serius dictum Petrum Salau, qui predicta facere et complere obmititis indebite et iniuste, salva pace vestri. Et ad conservacionem iure et iurediccionis dicte nobilis domine priorisse et eius monasterii, requiro ego dictus Berengarius de Oltzinosa, fieri publi-/cum instrumentum de omnibus supradictis per notarium infrascriptum. Qua cedula lecta et presentata ut predicatur, dictus Berengarius Oltzinosa, nomine quo supra, mandavit de predictis sibi fieri per me dictum notarium, hoc presens publicum instrumentum, intestimonium premissorum.

Que acta fuerit die anno et loco / predictis in prima linea, contentis presentibus testibus, Bernardono de Ulmeto, Moratono Zamora et Guillermo de Vilario atque Petro Spenyoll. Et die intitulata tercio kalendas iulii anno predicto, dictus Petrus Salau, procurator predictus, tradidit mi notario predicto et infrascripto, et po(ni)^b ac inseri /15 et continuari mandavit in presenti instrumento in parrochia de Madrona, Urgellen diocesis, presentibus testibus Petro de Zabaterii et Berengario Salau^c, in scriptis responsionem sequentem.

((Ad que respondet dictus Petrus Salau, que ipse ut procurator dicte domine abbatisse, tradidit possessionem castri de Solanelles et aliorum iuxta conventa, nil retinendo de / conventis seu promissis nec ali, intendit partem contrariam obligare in quantitate superius contenta, ni iuxta pacta et conventa, verum si procurator partis adverse intendit in aliquo

a. et ,interlineat.

b. Borrós, interpretem.

c. presentibus testibus Petro Sabaterii et Berengario Salau , interlineat.

parte domine abbatisse, in aliquo de predictis teneri est paratus stare iuri et rationi, in posse cuiuslibet ordinarii / vel amicabiliter stare ad congruentionem duorum virorum ex parte vestraque electorum, et hanc et cum.

/18 Sig+num^d mei Guillermi Scuderius, habitatoris ville Berge, auctoritate regia notarii publici per totam Cathaloniam, qui predictis interfui et hec scribi feci, cum raso et emendato in IX^a linea ubi dici, et, et cum suprapossito in XI^a ubi continetur, et, et cum raso et emendato in XII^a ubi / scribitur, iniuste, et cum supraposito mea propria manu in XV^a ubi enarrantur, presentibus testibus Petro Zabaterii et Berengarius Salau, et clausi.

d. Signa autografat i decorat.

1340, agost 30. Berga

Davant la presència de Guillerm Escuder, escriptor-jurat, substituït del notari Pere Muntaner, i de testimonis: Arnau Vila, Raimon Arnald, Guillerm de Sorribes, Guillerm de Torrents, Bernat de Pujolet i Romeu d'església de la parròquia de Rotgers, i els germans Guillerm i Jaume de Puiganyer de la parròquia de Berga, davant la presència de Cecília abadessa del monestir de Montbenet de Berga, fan confessió de ésser homes propis, quiets, solius i naturals de l'abadessa i del monestir. Prometen no elegir ni aclamar altre senyor o senyora. Fan jurament sobre els Evangelis, i homenatge. Terme de Borredà, comarca del Berguedà.

AHN. Clero, Montbenet, c.153,n. 2. Perg. 270/185.
Mal conservat, trencat a la part superior esquerra i molt també a tota la part inferior.

Noverint universi, quod die intitulata tercio kalendas septembre, annis Domini M^o CCC^o Quadragesimo, in presencia mea Guillermi Scuderii, scriptore iurati et substituti / a notario infrascripto et testium subscriptorum, Arnaldus Vila, Raimundus Arnaldi, Guillermus de Sorribes, Guillermus de Torrents, Bernardus de Podiolo et Ro-/3meus de ecclesie parrochie de Rotgers, Guillermus de Podioanyer et Jacobus de Podio(anyers)^a et fratres parrochie Berge, constituti personaliter in villa Berge, ante presentiam / venerabile et religiose domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii de Montebenedicto de Berge, confessi fierunt dicte domine abbatisse^b se esse homines propios, quitios, solidos et naturales dicte domine abbatis-/se et sui monasterio predicti. Qua propter per ipsos et omnem prolem eorum, natam et nasci(tura)^c convenerunt et promiserunt

a. Falta lletres per doblec, interpretem.

b. Confessi fierunt dicte domine abbatisse , interlineat.

c. Doblec, interpretem.

dicte domine abbatisse, nomine dicti sui monasterii /6 et successoribus suis abbatissis dicti monasterii, imperpetuum facere, obedire, respondere et prefacere, tanquam dominabus eorum propriis. Et promiserunt quod numquam facient, eligent / vel aclamabunt alium dominum vel dominam, nec dictam dominam abbatissam et successores e(...)^d. Et nichil hominum promiserunt eidem et suo monasterio predicto, et successo-/ribus dicte domine abbatisse et respondere de omnibus et singulis censibus, iuribus, proventibus, redditibus et (scensus)^e expletorum, et de omnibus aliis et (singulis)^f mi et quibus eidem /9 respondere tenerentur vel essent obligati seu quoquomodo (stari)^g ante confessionem hic publici instrumenti. Et pro premissis omnibus et singulis per ipsos et quelibet / ipsorum, attendendis, servandis et complendis obligarunt dicte domine abbatisse dicti (...) ^h et eidem monasterio et successoribus dicte domine abbatisse et / omnia bona eorum mobilia et immobilia, habita et habenda ubique sint, et renuncian(...) ⁱ inmunitati, libertati, franquitati, cuiuslibet et (...) ^j, civitate, ville, castrum /12 seu burgi, quibus propter prescriptionem eorum possent contra predicta venire. Et pre(...) ^k iurarunt per Dominum Deum et eius Sancta IIII^o Evangelia ab ipsis et eorum / cuiuslibet corporaliter tacta, predicta attendere, tenere et servare et complete et non contravenire. Et nichil hominum iuribus et firmitatem omnium et singulorum predictorum / homagium fecerint dicte domine abbatisse ore et manibus comendatum, iure Usaticis Barchinone et Consuetudine Cathalonie ac Furum Aragone. Et hoc congitur /15 omnia supradicta pro ut dicta sunt predictis hominis superius nominati, fideliter firmarunt, iurarunt et homagium fecerunt ut predicti ac etiam pacti stipulanti / fuerint in posse notario infrascripto, ea omnia et singula supradictam legitimam satiscentis, stipulantis et recipientis,

d. Doblec, falten 3 lletres.

e. Borrós quasi illegible, interpretem.

f. id.

g. No comprés.

h. Borrós, illegible.

i. Borrós, falten unes vuit lletres.

j. No comprés 3 lletres.

k. Borrós, falten 8 lletres.

nomina omnium illorum quorum (...) ^l et poterit / in esse quoquomodo. Quibus ita per (...) ^m dicta domina abbatissa nomen dicti qui monasterii, mandavit sibe de hiiis feri et seri per notarium infrascriptum, hoc presens /18 publicum instrumentum.

Ad est actum die et anno predictis.

Sig+num Arnaldi Vila. Raimundi Arnaldi. Guillermi de Sorribes. Guillermi de Vilario. Guillermi de Torrents. Bernardi / de Podiolo. Romei de Ecclesia. Guillermi de Podioayner et Jacobi de Podioayner, predictorum qui hoc laudarunt, firmarunt, iurarunt et homagium ut predictorum fecerunt.

/ Presentibus testibus discreto Arnaldo Roma, iureperito. Petro Salari. Berengario Salau et Bernardo Salau, presbitorum.

Sig+numⁿ Petri Muntanerii notarii publici (...) ^o de Gerundella, vicarii perpetui ecclesie eiusdem ville, qui hoc /21 scribi feci, cim supraposito in quarta linea (ubi dici) ^p dicte domine abbatisse, et clausi.

l. Illegible unes 6 lletres.
m. Id.
n. Signe autografat i decorat.
o. Borrós, falten unes 20 lletres.
p. Borrós, interpretem.

1340, octubre 27. Prats de Rei
Pere de Vilaseca, ara comorant en el lloc de Solanelles, notifica que és home propi, soliu i natural i afocat de la noble Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Montbenet de Berga. Atenent la divisió feta segons declaració entre el dit monestir i el de Santa Maria de Valldaura, sobre els castells, homes, rèdits i altres, diu que donarà ara al monestir de Santa Maria de Montbenet el que solia donar al monestir de Santa Maria de Santa Maria de Valldaura en el castell de Puigdemàger. Tot seguit fa homenatge. Situat al terme de Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Montbenet, c.153, n. 3. Perg.
 390/265. Pergamí en bon estat.

Noverint universi quod ego Petrus de Villasicha, nunc comorans in loco de Solanellis, homo proprius, solidus, naturalis et afocatus nobilis ac religiose domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii de Montebenedicto ville / Bergue. Attendens quod divisio facta fuit inter dictam dominam Ciliam abbatissam ipsius monasterii de Montebenedicto, et nobilem ac religiosam dominam Constanciam abbatissam monasterii Vallis Laure, de castris, /3 hominibus, redditibus, et aliis dictis monasteriis pertinentibus pro ut in suma seu declaratione inde lata plenius continetur in quaquidem suma extitit declaratum inter alia castrum de Podio Mager (...) ^a cum / omnibus hominibus, redditibus dicti castri et eiusdem termini quod et qui esse solebant predicti monasterii Vallis Laure esse perpetuo prelibati monasterio Montis Benedicti. Qua ratione ego prefatus Petrus de Villa-/sicha, cum mansiam meam et honores meos habeam et teneam in castro de Podio Mager, primitus liberatus ab homagio fidelitate ac naturalitate dicte domine abbatisse Vallis

a. No comprés 5 lletres.

Laure per procu-/6 ratorem ipsius domine abbatisse ad hoc legitime constitutum, feci homagium ore et manibus comendatum ut in talibus feri debet procuratori prefate domine Cilie, abbatisse monasterii / Montisbenedicti superius nominati^b, quod ero ipsi domine Cilie, abbatisse predicte et eius monasterio et successoribus suis, fidelis obediens in omnibus et legalis ut homo proprius, solidus, naturalis et affoca-/tus suo vero domino esse debet pro ut instrumento procuracionum et homagii inde fecis plene noscitur contineri. Et circo et certa sciencia ac spontanea voluntate, cum presenti publico instrumento legali, stipu-/9 latione interveniente convenio, promito vobis venerabili Bernardo de Moraria ville de Pratis, procuratori ac iconamo dicte domine Cilie, abbatisse de Montebenedicto, presenti et re-/cipienti no(mime)^c et ipse domine abbatisse licet et absenti, et notario infrascripto tanquam publice persone hec recipienti et stipulanti, quod ego incontinenti omnia mora posposita transportabo stati-/cham et hospiciu^d et fochum meum intus castrum de Podio Mager predictum vel terminum, in alodio dicte domine abbatisse et ibidem perpetuo tenebo mansum, hospiciu et fochum meum, ego et /12 mei in ipso manso. Promito inquam vobis dicto procuratori et iconamo presenti, et prefate domine abbatisse licet absenti, et notario infrascripto hoc recipienti, quod respondebo licet domine abbatisse / et eius conventui et successoribus eiusdem vel cui voluerit loco sui, de omnibus hiis et singulis in quibus mansus meus et honores mei sint vel fuerint assueti et debeant. Et in super promito vobis Bernardo / de Moraria quo supra nomine et predicte domine abbatisse, portare et bonam fidem et legalem sicut et pro ut homo proprius, solidus, naturalis et affocatus portare debet suo vero domino naturali. Et /15 confitens me liberatum esse ab omni homagio fidelitate ac naturalitate domine abbatisse Vallis Laure ut primititur ex certa sciencia facio vobis dicto venerabili Bernardo de Moraria, procuratori et iconamo / predicto nomine et iure ipsius domine abbatisse homagium ore et manibus comendatum, sub virtute cuius homagii et iuramenti per me inferius prestiti

b. Montisbenedicti superius nominati , interlineat.

c. Falta 2 lletres, interpretem.

d. et hospiciu , interlineat.

promito predictam mansionem sive mansum meum predictum / ac
fochum mutare et transportare in dicto castro de Podio Mager vel
eius termino, in alodio dicte domine abbatisse incontinenti
excusationibus, dilationibus et cavillationibus, quibus libet
procul /18 pulsus nec non omnia alia supradicta tenere et
observare, attendere et complere pro ut supra continetur. Et si
contrafacere ad predicta, volo que sim basator ad Consuetudinem
Barchinone et traditor ad Furum Aragone, de quibus / quidem
basia et prodicione non possim me per pacem vel consimiler
excondire aliquo armorum genere. Immo sola hostensione huius
publici instrumenti sim probatus traditor et basator ut
premititur et pro hiis complen-/dis et attendendis obligo vobis
et vestris nomine ante dicto, me et omnia bona mea mobilia et
immobilia ubique habita et habenda. Renunciatis quantum ad hoc
omni iuri rationii et consuetudini contra hoc repugnantibus et
specialiter /21 Usatico Barchinone quo cavetur que reptatus de
basia possit fidem suam per pacem vobis consimiler precondere.
Et ad maiorem firmitatem, iuro per Deum et eius Sancta quatuor
evangelia, manibus meis corporaliter tacta / contra predicta in
aliquo non venire iure aliquo cause vel ratione.

Actum est hoc sexta kalendas novembre, anno Domini
Millesimo Trecentesimo Quadragesimo.

Sig+num Petro de Villasicha predicti, qui hoc concedo et
firmo et iuro.

Testes huius rei sunt, Jacmetus Cereyllo, Raimundus Cardona
de Pratis et Petrus Bartholomei de Solanellis.

Sig+num^e mei Jacobi de Ulugia, regia auctoritate, notarii
publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini
regis Aragone, qui hoc scribi feci, cum raso et emendato in
quarta linea ubi dici, Montisbene, et in / sexta linea ubi
scribit monasterii, et in VII^a linea ubi ponitur, Montis
Benedicti superius nominati, et cum supraposito in XI^a linea ubi
legitur, et hospicitum, et clausi.

e. Signe autografat i decorat.

1340, octubre 27.

Pere d'Agramunt, ara comorant en el lloc de Solanelles, home propi, soliu, natural i afocat de la noble Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Montbenet de Berga. Atenent la divisió feta segons la Declaració, entre els monestirs de Santa Maria de Montenet i el de Santa Maria de Valldaura, sobre els castells, homes, rèdits i altres; diu que farà al monestir de Santa Maria de Montbenet el que abans solia al monestir de Santa Maria de Valldaura, referent a la masia i honors que té en el castell de Puigdemàger, i li fa homenatge. Situat al terme dels Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Montbenet, c.153, n. 4. Perg.
395/265.

Noverint universi quod ego Petrus den Agramunt, nunc comorantis in loco de Solanellis, homo proprius, solidus, naturalis et affocatus nobilis et religiose domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii de Monte Benedicto ville / Bergue, attendens quod divisio feci fuit inter dictam dominam Ciliam, abbatissam ipsius monasterii de Monte Benedicto, et nobilem et religiosam dominam Constanciam, abbatissam monasterii Vallis Lauree, de castris, /3 hominibus, redditibus et aliis dictis monasteriis pertinentibus pro ut suma seu declaracione inde lata plenius continetur quaquidem suma extitit declaratum inter alis castrum de Podio de Mager, simul cum omnibus hominibus^a dicti castri et eiusdem termini quod et qui esse solebant, predicti monasterii Vallis Laure, esse perpetuo prelibati monasterii Montis Benedicti. Qua ratione, ego ex prefatus Petrus domini Agramunt, cum mansiam nostram et ho-/nores meos habeam et teneam in castro de Podio de Mager primitus liberatus ab homagio fidelitate ac naturalitate dicte domine abbatisse Vallis Laure,

a. hominibus, , interlineat.

per procuratorem ipsius domine abbatisse ad / hec legitime constitutum, feci homagium ore et manibus comendatum ut in talibus fieri debet procuratori prefate domine Cilie, abbatisse monasterii Montis Benedicti superius nominati^b quo ero ipse /6 domine Cilie, abbatisse predicte et eiusdem monasterio et successoribus suis fidelis obeiens in omnibus et legalis ut homo proprius et naturalis et affocatus suo vero domino esse debet, pro ut in instrumento procuratorem / et homagii inde fecis plene noscitus continere in dicto, ex certa sciencia ac spontanea voluntate, presenti publico instrumento convenio et promito vobis Bernardo de / Moraria, ville de Pratis, procuratori ac iconamo dicte domine Cilie, abbatisse de Monte Benedicto, presenti et recipienti nunc non et ipsi domine abbatisse, licet absenti, et notario infrascripto /9 tanquam publice persone hec recipienti et stipulanti, quod ego incontinenti omni mora post posita transportabo staticham, hospicium et fochum meum intus castrum de Podio de Mager predictum vel eius / terminum, in alodio dicte domine abbatisse et ibidem perpetuo tenebo mansium, hospicium et fochum meum, ego et successores mei in ipse manso. Promito inquam vobis dicto procuratori et iconamo / presenti et prefate domine abbatisse licet et absenti, et notario infrascripto hec recipienti, quod respondebo dicte domine abbatisse et eius conventui et successoribus eiusdem vel cui voluerit loco sui, de /12 omnibus hiis et singulis in quibus dictus mansis meus el honores mei sint vel fuerint assueti et debeant. Et in super promito vobis Bernardo de Moraria, quo supra nomine et predicte domine / abbatisse, portare bonum fidem et legalitem sicut, et pro ut homo proprius, solidus, naturalis et affocatus suo vero domino naturali portare debet. Et confitens me liberatum esse ab omni homagio, / fidelitate ac naturalitate domine abbatisse monasterii Vallis Laure ut primititur ex certa sciencia facio vobis dicto venerabili Bernardo de Moraria, procuratori et iconamo predicto, nomine et vite ipsius domine /15 abbatisse, homagium ore et manibus comendatum. Sub virtute cuius homagii et iurmenti per me inferius prestiti, promito predictam mansionem sive mansum meum predictum ac fochum murare et transportare / in dicto castro de

b. monasterii Montis Benedicti sauperius nominati, interlineat.

Podio de Mager vel eius termino, in alodio dicte domine abbatisse Montis Benedicti excusationibus, dilationibus et cavillationibus quibuslibet proculpulsis nec non omnia alia supradicta tener et (observare)^c / attendere et complere, pro ut suis continetur. Et si contra facere ad predicta, volo quod sim bausator ad Consuetudinem Barchinona et traditor ad Furum Aragone, de quibus quidem bausia et proditione non possim me per parem vel /18 consimiler excondire aliquo armorum genere. Immo sola hostensione huius publici instrumenti sim probatur traditor et bausatuor ut promittitur. Et pro hiis complendis, abligo vobis et vestris nomine ante dicte me et omnia / bona mea mobilia et immobilia ubique habita et habenda. Renunciatis quantum ad hoc omni iuri rationi et consuetudini contra hec repugnantibus, et especialiter Ustico Barchinone, quo cavetur que reptatus de bausia possit (fidem)^d / suam per parem vel consimiler escondere. Et ad maiorem firmitatem, iuro per Deum et eius Sancta quatuor evangelia, manibus meis corporaliter tacta, contra predicta in aliquo non venire iure aliquo omnia vel ratione.

(Actum)^e /21 est hoc sexto kalendas novembre, anno Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo.

Sig+num Petri den Agramunt predicti, qui hoc concedo, firmo et iuro.

Testes huius rei sunt, Jacmetus Cervello, Raimundus Cardona de (Pratis)^f et Petrus Bertholini de Solanelis.

Sig+num^g mei Jacobi de Ulugia, regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragone, qui hoc scribi feci, cum supraposito in II^a linea ubi dici, hominibus, et cum raso et emendato in VI^a linea ubi scribit, monasterii Montis Benedicti superius nominati, et

c. Borrós, interpretem per comparació doc. anterior.

d. Borrós, interpretem.

e. Borrós, interpretem.

f. Borrós, interpretem.

g. Signe autografat i decorat.

clausi.

1340, octubre 27. Els Prats de Rei.

Jacma, vídua de Jaume de ça Riera, habitant ara en el lloc de Solanelles, notifica que és dona pròpia, soliu, natural i afocada, de la noble i religiosa senyora Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Montbenet de Berga. Atenent la divisió feta entre els monestirs de Santa Maria de Montbenet i Santa Maria de Valldaura, sobre els castells, homes, rèdits i altres, segons Declaració. Diu que donarà al monestir de Santa Maria de Montbenet el que abans solia donar al monestir de Santa Maria de Valldaura, referent al castell Puigdemàger. Fa homenatge. Situat al terme de Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Montbenet, c.153, n. 5. Perg.
370/260.

Noverint universi quod ego Jacma, uxor Jacobi ça Riera quondam, habitricis nunc in loco de Solanelis, femina propria, solida, naturalis et affocata nobilis et religiose domine Cilie, Dei gratia abbatisse mo-/nasterii de Montebenedicto ville Bergue, attendendis abbatissam ipsius monasterii de Monte Benedicto et nobiler ac religiosam dominam Constanciam, abbatis-/3 sam monasterii Vallis Laure de castris, hominibus, redditibus et aliis dictis monasteriis pertinentibus pro ut in suma seu declaratione inde lata plenius continetur, quoquidem suma excitis declaratum inter / alia castrum de Podio Mager simul cum omnibus hominibus dicti castri et eiusdem termini, quod et qui esse solebant predicti monasterii Vallis Laure esse perpetuo prelibati monasterii Montis Benedicti. / Qua ratione, ego dicta Jacma, cum mansiam meam et honores meos habeam et teneam in castro de Podio de Mager primitus liberata ab homagio fidelitate ac naturalitate /6 dicte domine abbatisse Vallis Laure, per procuratorem ipsius domine abbatisse ab hec legitime

constitutum, feci homagium ore et manibus comendatum ut in talibus feri debet procurato-/ri prefate domine Cilie, abbatisse monasterii Montis Benedicti superius nominati, quod ero ipsi domine Cilie, abbatisse et eius monasterio et successoribus suis, fidelis hoberiens in/ omnibus et legalis ut homo proprius, solidus, naturalis et affocatus suo vero domino esse debet pro ut in instrumentis procurationum et homagii inde fecis plene (noscitur)^a contineri. /9 Id circo ex certa sciencia ac spontanea voluntate, cum presenti publico instrumento legali stipulacione interveniente, convenio et promito vobis venerabili Bernardo de Moraria, ville de Pratis, procu-/ratori ac iconamo dicte domine Cilie, abbatisse de Montis Benedicti, presenti et recipienti nunc non et ipsi domine abbatisse licet absentis et notarii infrascripto, hoc legitime stipulan-/ti et recipienti, quod ego incontinenti omnia mora posposita transportabo staticham, hospiciam et fochum meum intus castrum de Podio Mager predictum vel eius terminum, in alodio dicte /12 domine abbatisse et ibidem perpetuo tenebo mansum, hospiciam et fochum meum ego et successores mei in ipso manso. Promito inquam vobis dicto procuratori et iconamo presenti et prefate / domine abbatisse licet absentis et notarii subscripto hec recipienti, quod respondebo dicte domine abbatisse et eius conventui et eiusdem successoribus vel cui voluerit loco sui, de omnibus hiis et / singulis in quibus dictus mansus meus et honores mei sint vel fuerint assueti ac debeant. Et in super promito vobis, Bernardo de Moraria, que supra nomine et prefate domine abbatisse, portare /15 bonam fidem et legalitatem sicut et pro ut homo sive mulier solida, propria, naturalis et affocata suo vero domino naturali portare debet. Et confitens me liberatam esse ab omni homa-/gio fidelitate ac naturalitate domine abbatisse monasterii Vallis Laure ut primititur ex certa sciencia facio vobis dicto venerabili Bernardo de Moraria, procuratori et iconamo predicto nomine et vite / ipsius domine abbatisse homagium ore et manibus comendatum, sub virtute eius homagii et iuramenti per me inferius prestiti, promito predictam mansionem sive mansum meum ac fochum /18 meum mutare et transportare in dicto castro de Podio Mager vel eius termino, in

a. Borrós, interpretem.

alodio dicte domine abbatisse incontinenti excusationibus
dilationibus et cavillationibus quibuslibet / pro culpulis nec
non omnia alia supradicto tenere et observare, attendere et
complere pro ut supra continetur. Et si contrafacere ad
predictam, volo quod sui baustor ad Consuetudinem Barchinone
et traditur / ad Furum Aragonie, de quibusquidem baustia et pro
ditione non possim me per parem vel consimiliter scondire aliquo
armorum tenet. Immo sola hostentatione huius publici instrumenti
sim pro lata tradi- / 21 tur ac baustiator ut premititur. Et pro
hiis complendis, obligo vobis et vestris, me et omnia bona
mobilia et immobilia ubique habita et habenda. Renunciatis
quantum ad hoc omni iuri ra- / tioni et consuetudini contra hoc
repugnantibus. Renuncio etiam Usatico Barchinone quo cavetur pro
reptatus de baustia seu pro ditione possit fidem suam per parem
vel consimiliter (tenetur). / Et ad maiorem firmitatem de
predictas habendam, iuro per Deum et eius Sancta quatuor
evangelia, manibus meis corporaliter tacta, contra predicta in
aliquo non venire iure aliquo tam mi rationem.

/ 24 Actum est hoc sexto kalendas novembre, anno Domini
Millesimo CCC^o Quadragesimo.

Sig+num Jacme, uxor Jacobi ça Riera, quo predictae que hec
concedo, firmo et iuro.

/ Testes huius rei sunt, Jacmetus Cereylli (...) ^b. Raimundus
Cardona de Pratis et Petrus Bertholini de Solanellis.

/ Sig+num^c mei Jacobus de Ulugia, regia auctoritate
notarii publici per totam terram et dominationem illustrissimi
domini regis Aragonie, qui hec scribi feci, cum raso et emendato
in quinta linea, huius / 27 mei clausura, ubi dicitur, hec, et
clausi.

b. Illegible unes 3 llestres.
c. Signe autografat i decorat.

1340, desembre 10. Prats de Rei
Berenguer Riera i la seva esposa Rómia, venen a Pere Albert de Prats, un tros de terra situada en el terme de Solanelles sota el domini de l'abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura. Preu és de 50 sous. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.166, 6. Perg.
 260/228. Taques d'humitat a tota la part superior i bon tros de la banda esquerra. Mal conservat.
 Document partit per ABC.

ABC

ABC

ABC

Noverint universi quod nos Berengario Riera et Romia uxor eius, de parrochia Sancti Egidi de Solanellis, per nos et omnes nostros^a presentes et futuros, cum hoc publico / instrumento vendimus vobis Petro Dalbert de Pratis, et vestris perpetuo, quandam peccia terre sitam in termino de Solanellis, confrontatam cum honoribus /3 Bernardi (B)elo^b et cum honoribus vestris, et cum camino quo itur a Coma de Bous, et tenetur sub dominio et alodio domine abbatisse monasterii / Vallis Laure. Hanc autem vendicionem, vobis et vestris, perpetuo facio de predictis, cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus meliora-/mentis factis et faciendis. Sicut melius dici pote et intelligi, ad vestrum vestrorumque commodum et salvamentum et bonum etiam intellectum, precio /6 .Quinquaginta. solidorum Barchinone, quos a vobis habuimus et recepimus. Ideo renunciamus excepcioni predictae peccunie non habita et non recepte et doli. / Et si hec vendicio plus nunc valet vel valebit de cetero precio supradicto, totum vobis et vestris in pura donacione

a. nostros , interlineat.
 b. Borrós, interpretem.

remitimus atque damus. Renunciamus qua-ntum ad hec legi qua
deceptis in vendicione ultra dimidia iusti precii subvenitur.
Inducendo inde vos et vestros, de predictis que vobis ven-/9
(dim)us^c in tenedonem et corporalem possessionem seu
proprietaem vestri et vestrorum ad faciendum inde nostras in
omnibus voluntates. Promitentes que faci-/emus vos et quos
volueritis, predicta que vobis vendimus, habere, tenere et in
pace perpetuo positere contra omnes personas. Salvo tamen in
omnibus pleno / iure et dominio dicte domine abbatisse et eius
monasterii. Et pro hiis complendis, quisque nostrum insolidum,
obligamus vobis et vestris, nos et omnia /12 bona nostra mobilia
et in mobilia ubique, habita et habenda. Renunciantes quantum ad
hoc nove constitutioni et beneficio dividende, accionis / et
speciali. Ego dicta Romia, cerciorata de iure meo, per notarium
infrascriptum, renuncio doti mei et sponsalicio, auxilio ac
beneficio, senatus consulti / velleyani, et iuri ipotecharum
mearum, ac omni alii iuri racioni et consuetudini, contra hec
repugnantibus. Et ad maiorem firmitatem de /15 predictas
habendam, iuro ego dicta Romia, per Deum et eius Sancta quatuor
Evangelia, manibus meis corporalier tacta, contra predicta in
aliquo non / venire iure aliquo, causa vel racione.

Actum est hoc quarto idus decembre, anno Domini Millesimo
Trescentesimo Quadragesimo.

Sig+num Berengarii Riera. Sig+num Romie eius uxori,
iurantis predictorum, qui hoc concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt, Guillermus Cervera /18 et Bernardus
et Ferraria.

/ Sig+num Simonis de Canaleta, baiulus nobilis et religiose
domine Constancie, Dei gratia abbatisse monasterii Vallis Laure,
qui dictam / vendicionem firmo, salvo tamen in omnibus pleno
iure et dominio, dicte domine abbatisse et eius monasterio,
tercium inde recepi.

c. Taca, interpretem.

/21 Sig+num^d mei Berengarii Rovira, regentis scribaniam
ville de Pratis, pro fratre Francischo Vives, coadiutori
perpetuo, rectore ecclesie dicte / ville, ac notario publico
eiusdem, qui hoc scribi feci, cum supraposito in prima linea ubi
dicitur, nostros, et clausi.

d. Signe autografat i decorat.

1341, julio 7. Berga

Bernat de Comalada de Palomera, que "intervi" en el mas de Vilaró, en la parròquia de Sant Sadurní de Rotgers, elegeix a l'abadessa Cecília del monestir de Santa Maria de Montbenet com a senyora seva, pròpia, quieta, solíua i natural. Fa homenatge, i diu no aclamar altre senyor o senyora. Jura sobre els Evangelis. Situat al terme de Borredà, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Montbenet, c.153, n. 8. Perg. 190/175. Només una taqueta al final i algo borrós a la part dreta.

Noverint universi quod ego Bernardus de Comalada, de Palomera, qui intervi in mansum de Vilario, parrochie Sancti Saturnini / de Rotgers, exemptus a donacione cuius eram, eligo vos venerabilem religiosa domina Ciliam, Dei gratia abbatissam monasterii Beate Marie de Montebenedicto, ville Berge, in dominam meam, propriam, quitiam, solidam et naturalem, /3 quo circa gratiis et ex certa sciencia, convenio et promito vobis dicte domine abbatisse, per me et omnem prolem meam natam / et nascituram, bona fide et firma ac legali stipulacionem ac etiam per pactum expressum et sub virtute iuramenti et ho-/magii per me inferius prescriptorum me esse vobis et successoribus vestris, legale et fidele in omnibus tanquam domino meo /6 proprio, quitio, solido et naturali et vobis respondere et satisfacere de omnibus iuribus dicti mansi dum ipsum possedebo et / nunquam facere, elegire vel aclamare alium dominum vel dominam, ni vos et vestris succedentes et conventuim vestri pro quibus / obligo vobis et successoribus vestris, omnia bona mea mobilia et immobilia, habita et habenda ubique sint, et renuncians /9 quo ad hec omni iuri contra hoc facienti et omni inmunitati et franquitati cuiuslibet, civitatis, ville, castri, burgi et / loci quibus perpetue prescripcionem habitatoris mee vel alio

iure ratione vel casu posse contra predicta venire^a. Et sponte iuro per Deum et eius Sancta / quatuor evangelia, manibus meis corporaliter tacta, predicta attendere, servare et complere et non contravenire et vobis homa-/12 gium facio ore et manibus comendatum iuxta Ussaticis Barchinone et Consuetudines Catalonie ac Furum Aragone, videlicet in manibus vestris dicte domine abbatisse et in ore Petri de Salau, mandato vestri recipientis. Et hec igitur omnia et / singula supradicta pro ut superius dicta sunt facio, promito pacistor et stipulor vobis dicte domine abbatisse et successoribus / vestris et notario infrascripto, pro vobis et omnibus etiam aliis personis quarum interest, intererit aut interesse pote stipu-/15 lanti et recipienti.

Quod est actum pridie idus iulii, anno Domini Millesimo CCC° XL° primo.

Sig+num Bernardi de Comalata, iurantis predictis, qui predicta laudo et firmo et homagium ut predicatur facio.

Testes inde sunt, Petrus Salau et Petrus Zabaterii de Berga.

Sig+num^b mei Berengarii de Prixana, notarii publici ville Berge, auctoritate Raimundi de Gerundella, vicarii / perpetuu ecclesie Sancte Eulalie de Berga, qui hoc scribi feciet clausi, cum supraposito in XI^a linea /18 ubi dici posse contra predicta venire.

a. Posse contra predicta venire , interlineat.
b. Signe autografat i decorat.

1341, agost 25. Berga

Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Montbenet de Berga, atenent a Pere Soler Dalmau, a Guillerm Pasqual, a Francesc de Puigdemàger i a Maimon d'Agramunt, homes del castell de Puigdemàger, que demanen permís per la compra d'un bou, els dóna aval. Situat al terme de Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Montbenet, c.153, n. 10. Perg.
220/188. Té un forat al mig del pergami fins abaix que afecta a vuit linees.

Noverint universi quod nos Cilia, Dei gratia abbatissa monasterii Sancte Marie de Monte Benedicto, ville Berge, atendentis vos Petrum Solerii Dalmau /, Guillermum Pascual, Franciscum de Podio de Mager, Maimonum de Agramunt, homines nostros castri de Podio Mager, vobis permissis emere unum par /3 bouium pro quocumque precio vel preciis vobis videatur. Ideo de consilio et voluntate vestri infrascripti conventus a presenti die usque ad tres annos primos fu-/turos, convenimus et promitimus vobis bona fide et firma ac legale stipulacione et per pactum expressum que nos solvemus vobis quidquid et quantum vobis decostabunt / dicti boues supra quibus credatur vobis et vestris solo simplici verbo, nullo genere probacionis inde exacto pro quibus obligamus vobis dicti homibus superius proxime /6 dictis totam vendemiam et crotum et omnes alios proventus nobis in dicto castro nostro et dicto conventui pertinente infra decimam tempus provenientes preter de bla-/do et predicta que vobis obligamus possitis percipere, vendere, inpignorare et alienare et vobis satisfacere in predictis a quibus vos promitimus provare inde penes. Et / convenimus et promitimus vobis bona fide et firma ac legali stipulacioni nec non per

pactum expressum que nos in predictis que vobis obligamus non tangemus nec /9 tangi faciemus nec ea nec aliquid vendemus, alienamus modo aliquo donec nobis fuerit satisfacem in predictis. Et generaliter obligamus vobis et vestris / omnia bona alia nostra et dicti monasterii, mobilia et immobilia, habita et habenda ubique sint. Renunciatis illi iuri quo caveturi traditores habere pro base peccias / per eos mutuata personis ecclesiasticis seu religiosis fore versam in utilitatem ecclesie sive domus religiose et omni alii (...) ^a contra hoc facien. /12 Ita quod spacialiter obligatio non deroget generali nec generalis specialiter. Quibus consentimus nos Alamanda Alamanya. Eliesendis (Solerio) ^b. Agnes de Monte / Palacio, subpriorissa. Sibila de Besora, cantatrix. Saura Roma et Brunisendis de Be(sora) ^c dicti monasterii / et servare promittimus et non in aliquo contravenire sub obligatione omnium bonorum dicti monasterii. Et tam nos dicta abbatissa (...) ^d moniales hec /15 igitur omnia et singula supradicta facimus, promittimus, paciscimus et stipulamur vobis et vestris licet absentibus tanquam presentibus et notario (...) ^e pro vobis et omnibus / aliis personis quarum interest, intererit aut interesse pote et poterit legitime stipulanti et recipienti.

Actum est hoc VIII kalendas septembre (anno) ^f Domini Millessimo / CCC° XL° primo.

Sig+num Cilie, Dei gratia abbatisse predicte, que hec laudamus et firmamus. Sig+num Alamanda Alamany. (Eliesendis) ^g de Solerio. Agnes-/18 tis de Monte Palacio. Ermessendi de Monte Palacio. Sibilie de Besora, cantrixis. Saure Rome. Brunissendis de Besora, monialium predictorum (...) ^h, laudamus et firmamus.

/ Testes huius rei sunt, Petrus Salau. Berengarius Salau

a. Trencat, falten 4 lletres.
b. Trencat, id.
c. Id.
d. Id.
e. Id.
f. Id.
g. id.
h. id.

et Petrus Zabaterii.

/ Sig+numⁱ mei Berengarii de Prixana, notarii publici ville Berge, auctoritate Raimundi de Gerundella, vicarii perpetui ecclesie Sancte Eulalie de Bergue, qui /21 hoc cum raso et emendato in VI linea ubi dici crotum, et in quinta ubi dici superius, scribi feci et clausi.

i. Signe autografat i decorat.

1341, setembre 12. Berga
Bartomeu Celarer de Fàbrica, de la parròquia de Santa Eulàlia de Berga, confesa i reconeix a Cecília, abadessa del monestir de Santa Maria de Montbenet, ser home seu, propi, quiet, soliu i afocat. Li fa homenatge. Terme de Berga.

A. AHN. Clero, Montbenet, c.153, n. 11. Perg.
 400/185.

Noverint universi quod ego Bartolomeo Celarer de Fabricha, de parrochia Beate Eulalie de Berge, ex certa sciencia per me et omnes meos natos et nascituros, confiteor et recognosco vobis venerabili et religiose domine Cilie, Dei / gratia abbatisse monasterii Sancte Marie de Monte Benedeto, ville Berge, presenti et conventui eiusdem monasterii et eidem monasterio notario infrascripto, pro vobis et ipsis et per omnibus etiam personis quarum interest, intererit, interesse /3 pote et poterit, legitime stipulanti, paciscenti et recipienti, me esse hominem vestrum, proprium, quitium, solidum et naturalem et dictorum vestrorum monasterii et conventus ex concessione et donacione facta dicto monasterio vestro per / dominum Jacobum regem Aragonem, recolende memori. Quo circa convenio et promito vobis et dicte vestro monasterio et conventui eiusdem et notario infrascripto pro vobis, et ipsis stipulanti et recipiente per me et omnes / meos natos et nascituros, me servare, obedire, respondere et satisfacere vobis et dicto vestro monasterio et conventui eiusdem et successoribus vestris in dicto vestro monasterio in omnibus et per omnia tanquam dominis meis /6 propriis, quitis, solidis et naturalibus et nunquam facere elegire vel aclamare alium dominum vel dominam preter vos et dictum vestrum monasterium et conventum eiusdem et successores

in dicto monasterio vestro quibus / omnibus et singulis predictis obligo vobis et dicto vestro monasterio et conventui eiusdem et successoribus vestris in dicto monasterio et notario infrascripto per vobis et ipsis et per omnibus etiam personis quarum interest, intererit aut / interesse pote et poterit, stipulanti et recipienti omnia bona mea mobilia et immobilia, habita et habenda ubique sint. Et renuncio quantum ad hoc omni iuri contra hec facientum, et omni inmunitati et fran-/9 quitati cuiuscumque civitate, ville, castri vel burgi et cuius libet alterius loci, quibus propter prescripcionem aut inmunitatem habitacionis vel alia racione posse contra predicta me infrascripta veneri. Et ac / maiorem cautelam, iuro per dominum Deum, et eius Sancta quatuor Evangelia, manibus meis corporaliter tacta, predicta atendere, servare et complere et non in aliquo contrafacere seu venire aliquo iure racione / vel casu. Et facio vobis homagium ore et manibus comendatum videlicet, in manibus vestris et in ore Petri Salau, baiuli vestri, pro vobis et mandato vestro et recipientis iuxta Usaticos Barchinone et Consue-/12 tudinis Cathalonie ac Furum Aragone. Et hoc igitur omnia et singula supradicta, facio, promito, stipulor et pacistor, vobis dicte domine Cilie et conventui et monasterio vestris et successoribus vestris in eodem / monasterio et notario infrascripto, tanquam publice persone pro vobis et dictis monasterio et conventui vestris et successoribus vestris in dicto monasterio, et pro omnibus etiam personis quarum interest, intererit aut interesse potest / et poterit pacistensi et recipienti ac etiam legitime stipulanti.

Quod est actum pridie idus septembre, anno Domini Millesimo CCC° XL° primo.

Sig+num Bertolomei Celarer predicti, qui predicta laudo, firmo et /15 iuro atque homagium facio ut superius continetur.

Testes huius rei sunt: Simon de Armis. Raimundus de Sagalariis notarius. Petrus Martinez de Savernes, de domo incliti domini infantis Jacobi, comitis Urgellen. Guillermus Foneileti. Petrus Salau et Romeus / de Capdevila de Berga.

/ Sig+num^a mei Berengarii de Prixana, notarii publici ville Berge, auctoritate Raimundi de Gerundella, vicerii perpetui ecclesie Sancte Eulalie de Berga, qui hec scribi feci et clausi.

a. Signe autografat i decorat.

1341, desembre 18. Església Sant Andreu de Sagàs
 Constança, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura,
 manifesta públicament que Bernat de Ça Artiga, de la
 parròquia de Santa Maria d'Olvan, jura que no té cap
 document dient que posseix el mas de Garriga per donació
 i alou quiet. Concedeixen i aproven que ho tingui ara,
 amb totes les pertinences i fent residència contínua.
 Paga un cens anual per Nadal i per la festa de Santa
 Maria d'agost. Terme d'Olvan, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.166, n. 12. Perg.
 410/220. Mal conservat. Borrós i fluix les 4 primeres
 línees, especialment tacat al mig i a la part baixa.
 Molt borroses les dues línees finals, i trencat sense
 que afecti el text. La primera lletra decorada. En el
 revers indica "Acta de l'asensament del mas del
 Artigos de la plana lo qual vui te lo hereu barbut de
 Olvan, fet l'any 1342".

Noverint universi quod nos Constancia, Dei gratia
 monasterio Sancte Marie Vallis Laure, Ordinis Cisterciencie
 diocesis Urgellen, abbatissa, per nos et nostras successoras, de
 voluntate et assensu nostri conventus. Quia vos Bernardus Ça
 artigua, de parrochia Sancte M^a Dolvan, / non habetis ut
 asseritis et pro ut nobis fidem fecistis, per proprium
 iuramentum titulum seu instrumentum qualiter habetis et
 possidetis mansum vestrum de Çartigua, quem per nobis et sub
 donacione nostra, cum omni iure donacionis et alodio, francho,
 quitio /3 et inmuni, vos et vestri tenuistis et tenere
 consuevistis affocatum cum hominibus et mulieribus. Et ideo
 vobis et filio vestro Bernardo, et uxori eius, Marie et vestris
 natis et nascituris, dictum mansum de Çartigua, cum omnibus suis
 iuribus, domibus, honori-/bus, possessionibus, pertinenciis et
 affrontacionibus, cum nemoribus, garriguiis, pasturiis, rupibus,
 aquiis, fontibus et generaliter cum omnibus dicto manso

pertinenciis concedimus, firmamus, laudamus et aprobamus. Ita tamen, quod vos et vestris perpetuo / in dicto manso continuam et residenciam et igene faciatis et facere teneamini. Et omagium fidelitates et recogniciones personarum servitutis reales et personales pro ut vestri antecessores fecerunt nobis et dicto nostro monasterio et nostris successoribus, faciatis et facere teneamini, et de terris dicti mansi nobis et dicto nostro monasterio et successoribus nostris et cui volueris, fideliter panis et vini et eorum de quibus prestari debet tascham donetis ut consuetum est. Exceptis de barcheria et orto et terminatis^a de quibus / nullam partem dare teneamini. Et faciatis in posse nostro ius querelantibus et firman iuris in posse nostri baiuli prestetis. Et faciatis nobis et nostris successoribus et dicto nostro monasterio, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini, unam pernam / de carn salada de tribus argentis, quatuor fogacias frumenti et duas dordi. Item in festo Sancte M^a Augusti, .unum. sestero de civada censuale Dolvan. Item duos miges quarterios de bono vino et sufficientti. Et de predicto /9 manso, nullam aliam partem, neque censuum, ni tantum ut predictur inde dare nobis teneamini. A tamen retinemus nobis et nostris successoribus et dicto nostro monasterio, que si per instrumenta vel alia legitima documenta inveniretur seu apareret / que dicto manso temporibus retroactis, plus dicta tascha et censu predicto, vos vel vestri, nobis vel nostris predecessoribus et dicto monasterio, consuevissetis vel deberetis facere presens instrumentum et omnia in eo contenta, in hoc casu sint / tassa mica atque vana. Et alia instrumenta vel legitima documenta nunc aparencia sint firma et remaneant in sui roboris firmitatem. Et dictum namque mansum de Çartigua, cum orto et barcheria terminatis per /12 metas ibique fixas ac predicatur, vobis et vestris perpetuo concedimus et firmamus. Confitentes et concedentes vobis, que per hanc firmam et laudacionem concessistis nobis et nostris successoribus et dicto monasterio, dare et solvere perpetuo / quolibet anno in festo Natali Domini pro censu, mediam posal de carn salada. Quod medium posal dictorum carnum, fiat et solvatur per dicta barchera aramem, confitemur et recognoscimus vobis, quod dictum

a. terminatis , interlineat.

mig^b pesal de carn salada, / computatur et est compressum et conclusum in predicta perna de tres argens. Predicta autem omnia et singula suprascribta, promitimus vos et vestros, perpetuo ut predicatur facere, tenere et possidere sub omnium nostrorum bonorum /15 habitum habendorum, et dicti monasterii obligatione. Nos enim Bernardus Çartigua, Bernardus filius eius, et Maria, uxore eius, recipientis predictam, promitimus ea prescribta facere et servare sub nostrorum bonorum ogligacione.

Actum est hoc XV^o / kalendas ianuari, anno Domini M^o CCC^o XL Secundo.

Sig+num nobilis domine Constancie, abbatisse predicte. Sig+na Timbors de Portella priorisse. Eliesende de Castelar, subpriorisse. Cilie de Monte / Curvo, sacristane. Timbors de Queralto, cantatricis. Sancier de Fabrica, Cilie Sancte Eugenie, Sclarmunde de Rex, FFrancische de Monte Acuto, Guillerme de Monte Curno, monialium dicti monasterii, qui hec firmant et laudant.

/18 Sig+num^c Bernardi Çartigua. Bernardi, filii eius, et uxore eius Marie, qui hec laudant et firmant.

/ Testes ad hec: Raymundus de Condeminis, rector ecclesie de Sagas. Berengari Olzinosa. Berengarii des Salvans, presbiteri. Frater Guillermus Deodam et Moriconus, deodatus dicti monasterii.

/ Sig+num^d mei Raimundi de (Condeminis)^e, rectore notarii publici ecclesie parrochie Sancti Andree de Sagas, qui auctoritate et licencia venerabilis Petri de Canaleta, rectore ecclesie Sancte Marie Dolvan et notarii /21 publici eiusdem, hoc instrumentum apud monasterium Vallis Laure, recepi, scribsi et

b. mig , interlineat.

c. Signe autografat i decorat.

d. Signe autografat i decorat.

e. Borrós.

clausi, cum supraposito in VI^a linea ubi dicitur, terminatis.

1342, maig 3. Sant Sadurni de Rotgers
Bernat de Torrents, fill de Bernat de Torrents, i esposa, de la parròquia de Sant Sadurni de Rotgers, confessen i reconeixen ser homes propis, quiets, solius i naturals de la senyor Cecília, abadessa del monestir de Montbenet de Berga. Confessa tenir pel monestir el mas de Torrents i la batllia del lloc de Rotgers. Jura sobre el Evangelis observar i servir, i fa homenatge. Terme de Sant Sadurni de Rotgers, comarca del Berguedà.

A. AHN. Clero, Montbenet, c.153, n. 13. Perg.
 315/145. En mal estat.

Noverint universi quod ego Bernardus de Torrentibus, filius Bernardi de Torrentibus et Gualde, uxor eius, de parrochia Sancti Saturnini de Rotgers. Confiteor et reconosco vobis venerabili et religiose domine Cilie, Dei gratia abbatisse monasterii Sancte Marie Monte Benedicte, ville Berge, me esse hominem vestrum, proprium, quietum, solidum et naturalem, et filium hominis /3 et feminis nostrorum. Quoniam per me et omnem prolem meam natam et nascituram. Confiteor me tenere pro vobis et vestro monasterio sub dominio et alodio vestro et dicti vestri monasterii mansum de Torrentibus et bauliam loci de Rotgers. Et etiam convenio et promitto vobis bona fide et firma ac legali stipulatione et per pactum expressum me parere et obedire (...) facere, et respondere vobis et vestris successoribus in omnibus et per omnia tanquam domino nostro, proprio et facere nobis illos census pro virtute et iura vobis et vestris predictis /6 (...). Et promitto vobis et vestris successoribus esse fidele, bonus et legale, pro quibus obligo vobis et vestris et successoribus, omnia bona mea mobilia / et immobilia, habita et habenda ubique sint. Renuncians quo ad hoc omni iuri contra hec facienti et omni immunitati, libertati et franquitati cuiuslibet civitatis, ville, castri seu burgi, quorum prescriptionem

habitationis mee posse contra predicta venire. Et iuro per Deum et eius Sancta quatuor evangelia, manum mea cor-/9 poraliter tacta, predicta servare et complere et non in aliquo contravenire. Et (homagium)^a vobis facio in manibus vestris, et in hore in Salau, bauli vestri / pro vobis recipienti (...) ^b et manibus comendatum et iuxta Ussatices Barchinone et Constitudinis Cathalonie ac Furum Aragone. Et hoc igitur (omnia)^c et singula / supradicta facio, promito pacistor et (...) non et (...) et notario infrascripto pro vobis et vestris successoribus. Et pro omnibus esse (...) ^d interest intererit (vel)^e /12 interesse pote et poterit legitime pacistenti (...) et recipienti.

Actum est hoc quinto idus madii, anno (Domini)^f Millesimo (...) XL^o secundo.

Sig+num Bernardi de / Torrentibus, predicti, qui predicta laudo, firmo et iuro atque homagium facio.

/ Testes huius rei sunt : Bernardus Salau, presbiter. Petrus Salau de Berga (...) ^g. Cirera (...) ^h.

Sig+numⁱ mei Berengarii de Prixana, notarii publici ville Berge, (...) ^j, /15 qui hoc cum raso et emendato in XI^a linea ubi dici (...) ^k.

-
- a. Illegible per doblec, interpretem.
 - b. Id.
 - c. Borrós, interpretem.
 - d. Borrós.
 - e. Borrós, interpretem.
 - f. Borrós, interpretem.
 - g. Borrós.
 - h. Borrós resta linea, unes 35 lletres.
 - i. Signe autografat i decorat.
 - j. Illegible 10 lletres.
 - k. Id.

1342, setembre 5. Lloc de Solanelles
 Capbreu del lloc i castell de Solanelles, fet allí, davant
 la presència de Constança de Portella, abadessa del
 monestir de Santa Maria de Valldaura, del notari, i dels
 testimonis, homes i dones del castell de Solanelles, els
 quals juren, concedeixen i aproven el Capbreu. Terme d'Els
 Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.166, n. 13. Perg.
 310/9750. Són dos pergamins cosits a l'altura de
 660, mitjançant un fil de color verd fosc, tot fent
 ziga-zaga. La part final, on hi ha firmes, és
 il·legible.

Noverint universi quod die intitulata nonas septembris,
 anno Domini Millesimo CCC^o Quadragesimo Secundo, in presencia
 nobilis domine Constancie, Dei gratia abbatisse monasterii
 Sancte Marie Valle Laure, in loco /3 de Solanellis personaliter
 constitute, etiam in presencia mei notarii et testium
 infrascriptorum homines et / mulieres castra de Solanelle,
 iurarunt, concesserunt aprobaverunt hoc Capbreu.

((. / Primo Petrus Sala dicti castri, iuravit super Sancta
 quatuor Evangelia que tenet mansum den /6 Sala in dicto castro
 et debet tenere affocatum cum personis cum omni iure
 dominacionis sub donacione monasterii / predicte et eius
 abbatisse, cum opera guaita, bada et tragina, cum decimis. Item
 iuravit que dat quartam partem expletorum / decumba deles
 clotes, que fuit den P. Morera dez Pratis, pro ut terminatur in
 camino publico de Pratis a Ca-/9 laff et in sorte ecclesie de
 Solanellis et in honore dicti Petri, sicut sunt mete sue, et in
 honore Simonis Canale-/ta. Item de quadam peciam terre qui est
 ad Puteum de Solanelles, dat quartam partem que fuit den P.
 Querol dez Prats / et terminatur in honoribus dicte ecclesie et

den Angles, et in camino quo itur de Solanelles Minorisam. /12
Item facit pro censu quolibet anno tempore messium una migera de
frumento, una migera ordeï, una migera espelte, / ad mensuram
censualem veteres. Item in festo Sancti Michaelis setember, .II.
solidos et octo denarios Barchinonem de terni. Item / in festo
Natalis Domini .III. solidos et 4 denarios pro perna de dicta
moneta. Item .IIII. fogaces frumenti in eodem festo. Item .IIII.
/15 medios quarterios de vino tempore de trescoloris ad primum
radium. Item .IIII. fogaces frumenti in eodem festo. Item unam
ovem de duobus dentibus vel quatuor, / cum vellore et cum lacte.

((. / Petrus Bertolini dicti castri, iuravit se tenere in
dicto castro ob donacione predicta, mansum den P. Bortoli, et
debet eum /18 tenere affocatum cum personis cum opera gaita,
bada et tragina et cum decimis. Item dat quartam partem
expletorum de quadam terra / infra eius aeram terminata in
camino publico quo itur de Prats a Calaf et in honore den Marti
Devalmanya. Item / dat quartam partem de quadam terra vocata
Cape de Pinos, sicut terminatur in honoribus den Morel et in
honore suo vocato /21 Cap de Larca, sicut ibi sunt fregere et in
honore ecclesie supradicte et in camino quo itur de Solanell
Minorisam et in sua / barcheria, sicut sunt ibi metere. Et facit
pro censu quolibet anno tempore messium, una migera frumenti,
una migera / ordeï et una migera spelte ad mensuram censualem
veteres. Item in festo Sancti Michaelis september, .II. solidos
et .V. denarios /24 dicte monete. Item tempore de trescoloris ad
primum raig .IIII. migere quarteres de vino. Item in festo
Natalis Domini, .III. solidos et / .IIII. denarios dicte monete
pro perna, et unam gallinam pro eius. Item .IIII. fogaces
Noverint universi quod nos Bertholomeus Cellerarii de Fabrica et Berengarius filius eius, de parrochia Sancte Eulalie de Berga, ex certa sciencia, confitemus et recognoscimus / vobis nobili et religiose domine Sibilie de Angularia , Dei gratia abbatisse monasterii Beate Marie de Montebenedeto de Berga, et vestris successoribus abbatissis /3 dicti monasterii et conventui eiusdem perpetuo per nos et omnem prolem nostram natam et nascituram, nos esse hominis vestros propios, quitios, solidos et naturales ac / monasterii vestro predicti, et tenere mansum nostrum de Celarers, cum pertinenciis suis, pro vobis et dicto monasterio pro ut ipse mansus, cum pertinenciis suis^a, tenebat pro illustrissimo domino Rege a quo causam habuistis et habetis / qua propter per nos et omnem prolem nostram natam et nascituram et omnes heredes et successores nostros, convenimus et promitimus vobis dicte nobili domine abba-/6 tisse et vestris

a. pro vobis et dicto monasterio pro ut ipse mansus cum pertinenciis suis , interlineat.

successoribus abbatissi dicti monasterii et eius conventui, esse vobis et ipsis perpetuo fideles obedientes et legales in omnibus et per omnia tanquam ho-/minis proprii, quitii, solidi et affocati vestri et monasterii prelibati et respondere parere et obedire vobis et vestris successoribus de omnibus et singulis de quibus vobis respondere / teneamur et debemus et pro ut tenebamus domino regi, et quo causam habuistis et habetis in predictis et vestris predecessoribus abbatissis dicti monasterii de in(...) ^b /9 ussu racione vel consuetudini aut constitutionibus seu quoquomodo facere, respondere, et obedire fuimus modo quolibet assueti et debivimus seu / debemus tantum vos et vestras successores abbatissas in dicta abbacia, pro quibus obligamus vobis et vestris / successoribus predictis ^c, nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda ubique sint. Renunciantes quo ad hoc omni inmunitate, libertati et ffranquitati cuiuslibet /12 civitatis, ville, castri seu burgi, quorum prescripcione habitacionis m(...) ^d possemus contra predicta venire et omni iuri contra hec facienti. Et predicta non / vi nec metu set sponte, iuramus per Dominum Deum et eius Sancta quatuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula firma, grata / et rata (per)petuis ^e habere, tenere et observare et non contrafacere seu venire aliqua racione vel causa. Et pro predictis omnibus et singulis firmiter observan-/15 dis, tenendis et complendis nos et quilibet nostrum homagium facimus manibus vestris dicte nobilis domine et ore discreti Arnaldi Roma, iuruperitu Berge, / recipientis mandato et expressis licentia et voluntate vestris sibi in nostri presentia fecia, et concessis comendatum iuxta Ussaticos Barchinone, Consue-/tudinis Cathalonie ac Furum Aragone. Hoc igitur omnia et singula supradicta, facimus, promitimus, pacistimur et stipulamur vobis et successoribus vestris et notarii /18 infrascriptopro vobis et dictis successoribus vestris in dicti abbacia et dictis conventui ac monasterio et omnibus personis quarum interest, intererit aut

b. Tacat, 2 lletres.

c. successoribus predictis , interlineat.

d. Borrós 2 lletres.

e. Tacat, interpretem.

interesse potest et / poterit legitime pacis tenti, stipulanti et recipienti.

Quod est actum quarto nonas iunii, anno Domini Millesimo CCC° XL° quinto.

Sig+num Bertolomeo Celle-/rarii et Berengarii filii eius, predictorum qui hoc laudamus et firmamus, iuramus et homagium fecimus ut predicti.

/21 Testes huius rei sunt: Berengarius Salau, presbiter. Johannes de Cornudelles et Petrus Andreas.

/ Sig+num^f mei Raimundi de Sorribes, notarii publici ville Berge, auctoritate Johannis Martinii, vicarii perpetui / ecclesie eiusdem, qui hoc scribi feci, cum supraposito in quarta linea ubi dic, pro vobis et dicto monasterio pro ut ipse mansus cum pertinentiis suis, et cum supraposito in undecima linea ubi legitur, successoribus / predictis, et clausi.

f. Signe autografat i decorat.

1345, desembre 5. Solanelles.

Pere Soler Dalmau i el seu fill Bernat, del terme de Puigdemàger, davant de notari i testimonis cridats especialment, reunits en la casa cabana de "Bernat de Nidala" en presència de Pere Ferran, "iurisperitis" de la vila del Prats, fa llegir una "cedula", d'un apelament entre el batlle de Solanelles Pere Marti i ells: Pere Soler Dalmau i fill de Bernat. Terme d'Els Prats del rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.167, n. 1. Perg. 465/472. Mal conservat. Borrat quasi, especialment des de la línia 6 a la 24.

Noverint universi quod in presencia nostri notarii et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, die lune, intititata nonas decembre, anno Domini Millesimo Trecentesimo quadragesimo quinto. Petrus de Solerio Dalmacii / ac Bernardus, eius filius, termino de Podio Mager, presencialiter constituti in termino de Solanelles, in morati cabana Bernardi de Nidala de Pratis, ante presenciam venerabilis et discreti Petri Ferrandi, iureperiti ville Pratorum, circa horam tercia presenta-/3 runt eidem discreto Petro Ferrandii et per me subscriptum notarium, legi et exponi fecerunt cedulam infrascriptam cuius tenor sequitur in hunc modum :

(...)^a (...) que nulla est non sit necessarie appellandum (...) mee no ellivisis infra decem diem proponendo sint / sedem Constituciones Cathalonie Generale. Ideo ego Bernardus Soler Dalmau, filius Petri de Soler Dalmau, termini de Podio de Mager, et ego dictus Petrus de Soler Dalmau, quantus mea interest et quilibet (...) dicimus et proponimus coram vobis Petro Mar-/tini, baiulo de Solanellis, ut vos asseritis pro nobili et

a. Paraules illegibles: Indicarem sempre amb (...).

religiosa domna Constancia, abatissa monasterii
Vallis Laure, et etiam (Geran) de discreto Petro Ferrandi,
iureperito ville Pratorum, quod su (...) per vos dictum Petrum
Martini, baiulum dicte domine /6 abbatisse, de consilio dicti
Petri Ferrandi (...) vos asseretis lata in qua...

/24 loco et tempore lacius expresandas. Et ubi aliquies esset
fuit et est dicta seniam procumque imqua et iniusta et contra
ius et iusticiam maniffesta latam quart eo (...) ubi aliqua
esset dicta siniam quod negatur. Nos dicti Bernardus / et Petrus
de Soler Dalmau, et quilibet nostrum tanquam illi quarum multum
interest in hiis septis appellamus a vobis dictis Petro Martini
et Petro Ferrandi et vestrum quolibet et a dicta seniam et
omnibus et singulis in ea contentis / ad nobilem et religiosam
dominam abbatissam Vallis Laure vel ad (...) vel ad alios ad
(...) vel a quos de iure et usu vel consuetudini fuerit
appellandum. Presentes appelos nobis et cuiuslibet nostrum
concedi, dari /27 et tradi quos iterum petimus et iterum petimus
et (...)petimus nobis concedi, dari et tradi (...) petticis,
vicibus, sepius et instanter de quibus omnibus, nos dicti
Bernardus et Petrus de Soler Dalmau petimus / fieri (...) cum
fieri instrumentum. Qua cedula lecta et exposita dicto Petro
Ferrandi per me notarium infrascriptum, dictus Petrus Ferrandi
pecit transsumptum de predictis et duos dies ad deliberandum
quod fuit sibe incontinenti / traditum (...) dictum notario. Et
dicti Petrus et Bernardus de Soler Dalmau (...) (...) fieri
publicum instrumentum de omnibus supradictis, per me notarium
infrascriptum. (...) ad hoc testibus Jacobo ça Portela et
Bernardo ça /30 Portela eius fratre ville de Pratorum. Actum
die, anno et loco predictis.

Et dicta (...) dia circa horam none, predicti Petrus et
Bernardus de parrochie Dolvan (...) (...) notario infrascripto
accesserunt personaliter ad hospicium, / dicti mansum Petri
Martini baiuli supradicti. Et cum dictus baiulus in dicto manso
nec in termino de solanellis, non esset ut mater et uxor et
familia dicti Petri Martini quo erat in dicto hospicio.

Approbant predicti / Petrus et Bernardus de Soler Dalmau, mandarunt legi et exponi dictam celulam ad (...) hospicii predicti et coram dictis matre et uxore et familia a dicti Petri Ferrari per me notario infrascriptum, et de ipsa cedula lec-/33 ta prima et exposita fuit conditum transumptum, incontinenti Romie, uxori dicti Petri Martini presentibus testibus, Berengario Riera dicti loci de Valmayna et Jacobo de Portela de Pratis. Et predicti Petrus et Bernardus / de Soler Dalmau fecerunt eis fieri de predictis publicum instrumentum per me notarium infrascriptum. Et die mercuri intitulata VII^o idus decembre, anno predicto, circa horam tercię, discretus Petrus Ferrandi predictus nominibus quibus supra / obtulit michi notam in scriptis. Responssionem sequentem quam mandavit insserit et apponi in fine appellacionis predicte per menotarium infrascriptum, presentibus testibus Jacobo Ferrandi de Petrus Fata et Berengario Johannes de Pratis, /36 quibus respondent dictus baiulus et (...). Et dicunt que ipse Petrus Martini ut baiulus et ipse Petrus Ferrandi ut assessor sine iudex dicti loci de Solanellis et predicta nobili et religiosa domina abbatissa ante litigia / questionis iam dicte, per longum tempore et durante dicto litigio, polam vere et publice tenuerunt et rexerunt quilibet dictum suum officium. Et nunc etiam dicta officia teneat publice et regent. Et dicte (pertosponet) firmarunt / eius in posse dicti baiuli pro et ratione questionis predicte. Et totam ipsis tanquam coram eorum baiulo et iudice questionii predicte dictam questionem sponte duxerunt et tractarunt. Et ipsi ut iudices (...) in dicta ques-/39 tione erant ordine iure obtento et omino in predictis observato audiverunt partes supradictus et ad requisicionem ipsarum (...) non supradicta legitima fecerunt et (...) vocatis est qui ecovandi erant / et cum notario publico. Dicunt quod dictus baiulus de consilio dicti sui assessoris iuste et de iure et iusto processuprecedente et iuxta dicta (...) allegam et pro lata per (...) (...) coram ipsis. Et cum notario / publico et inscriptis et sedente tulit sanitam supradictam et pro ut de sunt et racione ferre debuit et ad suum officium expectabat, faciendum ut in processu iude ordinato, hec patent et est ligitium (...) de /42 propter quod dicte cause nullu (...) nec

(...) alia salva pace contrarium dicentis non procedunt de iure nec vendiciant sibe, loam in presenti negocio. Immeo sunt (...) (...) et iniuste cum careant penitus veritate et ratione / ex causi et ratiocibus supradictis quantum dicti baiulus (...) negant penitus dicta posita et contenta. In dicta appellacione sponte vere in et inquantum civite seu facere videntur contra dictus oricesu. Et dictam sen-/tenciam vel contra dictos (...) (...) (...). Et licet dicti appellacio sit frinola et inanis (...) In (...) motu vel ratione intersecta dicunt cum dicti baiulis et assessor respondentis predicti requisia /45 appellorum pro ob reverenter illius ad (...) extitis appellatum defferunt dicte appellacioni et (...) (...) (...) in et quatenus de iure eidem appellacioni deffera habeant et teneantur et non ali / presentem responsionem dicti appellacionibus pro appellis affirmantis concedendo. Et (...) appelos vel literas remissionas dicti appellantes voluerint et requisiverint dicunt dicti baiulus et assessor (...) peratos / et (...) tradere em per(...) die (...) (...) staturi illos quos de iure tradere et debeant. Et hanc responsionem mandarunt dicti biulus et assessor in propi et apponi in fine appelacionis predicte per /48 notarium infrascriptum. Et ea fuerunt hoc diebus, anno et loci predictis. Et presentibus tetibus supradictis.

/ Sig+num^b mei Berengarii Exameno de Pratis, auctotitate regia notarii publici, qui predicti interfuit et hec scripsi in locis predictis viciate Cerviarie, cum supraposito en IIII^a linea ubi / dici, per se, et in XIX^a linea ubi dici, in, et clausi.

b. Signe autografat i decorat.

1346, gener 17. Berga

El batlle de Cardona, fa fer document sobre les clàusules de l'últim testament de Francesca, vídua de Pere Guillem de Bosch, fill de Pere Guillem de Bosch, fet l'any 1334, en que deixa a la seva germana Elisenda de Morera, monja del monestir de Santa Maria de Valldaura, 100 sous, en llit i robes de la seva casa del Bosc. Deixa a Esclarmonda Tort, monja del monestir 50 sous.

A.

B. AHN. Clero, Valldaura, c.167, n. 2. Perg.
300/260. Doblec. Fluix les línies 4 i 5.

Hoc est translatum bene et fideliter factum auctoritatem venerabilis baiuli Cardone, sumptum a quibusdam clausilis testamenti ultimi venerabilis domine Francische, / uxore quondam venerabilis Petri Guillermi de Boscho, filii quondam honorabilis Petri Guillermi de Boscho militis, in formam publicam redacti confectique tercio decimo /3 kalendas marcii, anno Domini Millesimo CCC^o tricesimo quarto, et clausi pro manum Berengarii de Prixana, habitatoris ville Berge, auctoritate regia notarii publici pro totam Catalo-/niam. Quod testamentum incipit:

(. In Xhristi nomine, cum nostre humanitatis condicio ex sui constitutione sit labilis et caduta et nichil liquidum vel certum transmitat ad / posteros, nisi scripture testimonio comendetur, et quoniam nullus in carne positus mortem pote evadere corporalem. Id circo, ego Francischa, uxor venerabilis Petri Guillermi /6 de Boscho, filii condam venerabilis Petri Guillermi de Boscho militis, in mea sanitate eterna et finit^a, ante kalendarium presenti iuramento in aliquo non obstante.

a. et finit , interlineat.

Tenor autem / prime clausule, que est in nonadecima linea dicti testamenti, et in eadem linea finitert sequitur pro hec verba:

((. Item dimitto domine Eliesendi de Moraria, sorori mee, / monialii monasterii Valle Laure, .Centum. solidos Barchinone et unum lectoni pannorum de melioribus, quos ego aportavi in hospicio de Boscho.

((. Tenor autem secunde /9 clausule, que est in dicta decima linea dicti testamenti, et in eadem linea finit, talis dignoscitur esse: Item dimitto Sclarmunde de Tort, moniali monasterii Valle Laure, / .Quinquaginta. solidos.

/ Sig+num venerabilis Burdi Doden, baiuli Cardone qui huic trasumpto cum suo originali instrumento, non viciato, non cancelato, non obolito, omnique suspicione caren-/12 te, de verbo ad verbum diligenter comprobato et examinato, ut eidem in iudicio et extra, tanquam suo originali fides plenaria habeatur suam auctoritatem prestitit periter et decretum / appositum hic pro manum Raimundi de Correano, notarii publici infrascripti, XVI^o kalendas febrerii, anno Domini M^o CCC^o XL^o sexto, presentibus ad hoc testibus vocatis / et rogatis, Petro Moxi et Petro Bertholi de Busa et Bernardo de Corrano, scolare de Cardona.

/15 Sig+num^b Raimundi de (Corrano, notarii)^c publici monasterii Sancti Vicenti de Cardona et parrochiam eiusdem, qui hoc translatum cum suo originali instrumento, non viciato, / non canceliato, non obolito, omnique suspicione carente, de verbo ad verbum, diligenter examinatum et comprobatum scripsi, cum supraposito in VI^a linea ubi / ponitur, et finit, et ipsumque transumptum firmavit et actorizavit venerabilis Burdus Doden, baiulus Cardone, in manu et posse mei dicti notarii, die et anno /18 quo supra, in firma ipsius baiuli scriptis.

b. Signe autografat i decorat.

c. Doblec del pergami, interpretem.

1347, novembre 22. Església de Santa Maria d'Olvan
 Constança de Portella, abadessa del monestir de Santa Maria de
 Valldaura i en nom del monestir, donen, concedeixen i
 estableixen en emfithèusic a terç, a Arnal de Querula,
 home nostre, habitant en el castell de Sent Domí depenent
 del monestir, un pati o solar de cases que estan
 extramurs del castell. Fent un cens d'un parell de
 gallines per Nadal. Promet no elegir ni aclamar altra
 senyora o senyors. Paga per l'entrada 20 sous. Situat al
 terme de Sant Guim de Freixenet, comarca de la Segarra.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.167, n. 3. Perg.
 320/291. Document partit per ABC. Borrós per humitat
 a la part d'abaix. Molt flux per tinta aclarida.

ABC

ABC

ABC

Noverint universi quod nos domina Constancia de Portella,
 Dei gratia abbatissa monasterii Sancte M^a de Vallaura, gratis et
 excerta sciencia, per nos et omnes nostros successores in dicto
 monasterio, damus, / concedimus, stabilimus atque in emphiteosim
 ad tercium censum infrascriptum tradimus tibi Arnaldo Querula,
 homini nostro et dicti monasterii, comoranti in castro nostro /3
 de Sent Domi et cuius et cui sive quibus volueris imperpetuum,
 videlizet, quoddam patium sive solium domorum, quis est
 extramuros dicti castris nostri de Sent Domi, pro ut affrontat ex
 / prima parte, in hospicio Petri Bernardi et in secunda parte,
 in hospicio Guillermi Brianzo et de tercia parte, in bestorre
 Bernardi de Roters, de quarta vero parte in ora del / vall
 nostre dicto donantis, in quo dicto patium tu et tuis facias
 sive construas seu hediffices, domum vel domos ex abisso usque
 ad celum. Predictum itaque patium sive /6 solium domorum, cum
 introitibus et exitibus suis, et iuribus et pertinentiis ad
 dictum patium domorum pertinentibus et pertinere debentibus nec

non cum canalibus, terrami-/nibus deguetariis, finestralibus et emramis, et cum omnibus aliis melioramentis ibi fecis et inde faciendis, tibi dicto Arnaldo Querula et cuis et quibus volueris, perpetuo / damus, concedimus et stabilimus, pro ut melius dici aut intelligi pote ad tuum tuorumque salvamentum et bonum atque sanum intellectum. Inducendo atque /9 ponendo, te et tuos de presenti et quos volueris, in plenam et corporalem possessionem pleno iure vel quia quam etiam possessionem tua propria auctoritate apprehendere per-/mitimus, ad habendum, tenendum omnique tempore, in pace possidendum, dandum, vendendum, impignorandum seu alienandum vel etiam excomutandum totum vel / partem, et ad omnes tuas tuorumque voluntates perpetuo inde faciendas, salvo me iure et domino nostro et successorum nostrorum in dicto monasterii in omnibus et per omnia. Et /12 salvo etiam, et retento quod tu et tui et qui predicta tenuerint facias et dare atque facere teneamini quolibet anno pro censu annuatim in festo Natalis Domini, / nobis et nostris successoribus in dicto nostro monasterio semper, unum par gallinarum bonas, obtimas et recipiendas annuales et censuales ut predicatur. Et non / eliguas sive reclames ibi aliam dominam vel dominarum propter nos^a et nostros successores in dicto monasterio nostro, cum sit alodium, quitium, solidum et inmunitum. /15 Et que inposse nostro atque nostrorum successorum, teneamini firmam iuri prestare et tenere emparam et emparas quotiens a nobis seu a successoribus nostris, fueritis inde / requisitus. Et interim confitemur et recognoscimus nos habuisse et recepisse a te pro intrata dicti pati sive solium domorum, .Viginti. solidos Barchinone / terni, super quibus, renunciando exceptioni peccunie, non habite et non recepte et doli, et dicti stabilimenti sine donacionis non facte et doli. Promitimus in /18 quam tu et tuis et cui sive quibus volueris, per nos et omnes nostros predicta omnia facere, tenere, habere, possidere et percipere in pace perpetuo contra omnes personas tenere. / Renunciantes quantum ad hec omni iuri canonico et civili, comuni et privato, introducto et introducendo seu consuetudinario. Et etiam / omni alii iuri rationi et consuetudini contra hoc repugnantibus. Ad hoc ego

a. Rascat i sobrescrit "nos".

dictis Arnaldus Querula, recipiens dicti patium seu solium /21 domorum a vobis nobilis et religiosa domina Constancia de Portella, abbatissa predicta, sub censu et condicionibus ante dictis, promito vobis et vestris successoribus / in dicto monasterio predictum censum solvere annuatim in festo predicto Natalis Domini, et omnia alia per vos superius posita et retenta, attendere, servare et / complere et non in aliquo contra facere seu venire, sub obligatione omnium bonorum meorum mobilium et immobilium, habitum et habendorum ubique sint /24 vel fuerint. Renunciando quantum ad hoc omni iuri rationi usui et consuetudini, quibus possem contra predicta, in toto vel in parte aliquatenus / adiuvari.

Quod fuit actum decimo kalendas decembre, anno Domini M^o CCC^o XL septimo.

Sig+num nobilis et religiose domine Constancie / de Portella, Dei gratia abbatissa predictae, qui omnia supradicta firmamus, concedimus et laudamus. Sig+num Arnaldi de Querula predicti, qui hoc laudo, firmo, /27 et concedo.

Testes huius rei sunt Berengarius Cortada. Guillermus Balesterii, presbiteri et Petrus Portella de Sent Domi.

/ Arnaldus de Campo, presbiter, regens ecclesiam et scribaniam Sancte M^a Dolvan, et notarius publicus eiusdem, pro Petro de Canaleta, rectore dicte ecclesie, qui / hoc scripsit cum raso et emendato in XIII^{ia} linea ubi dicitur, nos, et clausit hoc suo Sig+no^b.

b. Signe autografat i decorat.

1347, novembre 22. Església de Santa Maria d'Olvan
*Arnald de Querula, habitant del castell de Sent Domí, de la
 diòcesi de Vic, confessa i reconeix a l'abadessa
 Constança de Portella, del monestir de Santa Maria de
 Valldaura, que és home seu, quiet, soliu i natural.
 Promet obeir i respondre, no aclamar a altra senyora o
 senyor, i fa homenatge oral i de mans, en nom seu a
 Berenguer ça Cortada, presbíter. Situat al terme de Sant
 Guim de Freixenet, comarca de la Segarra.*

A. AHN. Clero, Valldaura, c.167, n. 4. Perg.
 370/130. Mal conservat, borrós amb taques d'humitat
 la part esquerra, que afecta especialment des de les
 línies 5 a la 10.

Noverint universi quod ego Arnaldus Querula, comorans in
 castro de Sent Domi, diocesis Vicensi, excerta sciencia,
 confiteor et recognosco vobis, nobili religiose domine
 Constancie de Portella, Dei gracia / abbatisse monasterii Sancte
 M^a de Vallaura, me esse homine vestri, quietum et naturalem cum
 omni prole mea nata et nascitura, quod ea, per me et omnem
 prolem meam natam et nascituram, convenio et promito /3 vobis et
 successoribus vestris, bona fide et firma et legali stipulacione
 et per pactum expressum me parent, obedire, respondere atque
 satisfacere in omnibus et per omnia ut domina mea et ut homo /
 proprii, quietus, solidus et naturalis et nunquam facere,
 eligere seu aclamare aliam dominam vel dominum, nisi vos et
 successores vestros in dicto monasterio. Et pro predictis
 servandis et complendis nomine / vestro pro vobis, homagium
 facere Berengario za Cortada presbitero, orem suo et manibus
 vestris comendatum, iuxta Husaticis Barchinone et Consuetudini
 Cathalonie ac Furum Aragone. Et ad maiorem /6 (...) ^a voluntate
 iuro per Dominum Deum et eius Sancta IIII^o Evangelia, coram me

posita et corporaliter a me tacta, omnia predicta et singula attendere, servare, complere et non in aliquo contra facere seu / (...) ^b aliqua modo vel casu. Pro quibus obligo vobis et successoribus vestris in (dicto mansi, me) ^c omnia bona mea mobilia et immobilia, habita et habenda ubique sint vel fuerint. / Et (...) ^d nuncio mei immunitate et franquitate, cuiuslibet civitatis, ville et castris et alterius loci ac etiam omni alii iuri, rationi, usu et consuetudini, quibus possem contra predicta (servare) ^e. /9 Et hec (...) ^f omnia et singula predicta, facio, promitto, stipulor et paciscorum (...) ^g et notario infrascripto pro vobis et vestris successoribus stipulanti et recipienti ac etiam legenti / pa (...) ^h

Quod fuit actum decima kalendas decembre, anno Domini M^o CCC^o XL^o Septimo.

Sig+num Arnaldi Querula predicti, qui hoc laudo, firmo et iuro.

/ Testes huius rei sunt Berengarius Cortada, Guillelmus (Balesterii) ⁱ, presbiteri et Petrus Portella (de Sent) ^j Domi.

/12 Arnaldus de Campo, presbiter regens ecclesiam et scribaniam Sancte M^a Dolvan, et notarius publicus dicti pro Petro Canale(ta) ^k, rectore dicte ecclesie, qui hoc scripsit et clausit hoc suo Sig+no ^l.

-
- a. Borrós, illegible unes 16 lletres.
 - b. Id., falten 2 paraules.
 - c. Borrós, interpretem.
 - d. Id. falten dos paraules.
 - e. Borrós, interpretem.
 - f. Id. illegible.
 - g. Id. falta una paraula.
 - h. Id. falta una paraula.
 - i. Borrós, interpretem per anterior document.
 - j. id. interpretem.
 - k. Id. interpretem.
 - l. Signe autografat i decorat.

1349, gener 11. Berga

Bernat de Puig de Mayer, fill de Francesc de Puig de Mayer, ja mort, del terme del castell de Puigdemàger, convenia i promet a Bernat de Torrents, procurador de l'abadessa del monestir de Santa Maria de Montbenet i compareix davant d'ell com a fideviussor, i li fa homenatge oral i de mans. Terme dels Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHN. Clero, Montbenet, c.153,n.20. Perg.

Noverint universis quod ego Bernardus de Puig de Mayer, filius quondam Ffrancischi de Puig de Mayer, termini castris de Puig de Mayer, convenio / et promito vobis Bernardo de Torrentibus, procuratori venerabilis abbatisse monasterii Montis Benedicti, ville Berge, pro infra spacium quinque dierum /3 primo futurorum, ex quo pro vos seu dictam dominam abbatissam aut moniales dicti monasterii verbo beris vel nuncio fuero requisitus personaliter / aut in hospicio meo comperebo personaliter, coram vobis intus dictum monasterium de Monte Benedicto, et de eo non exiam sim vestris / licenciam et voluntatem ab a mitam precenam Quingentorum solidos, qui mi amitantur nomine pene et vobis^a nomine dicte abatisse adquirantur /6 unde ego Maimonus de Puig de Mayer precibus et amore dicti Bernardi de Puig de Mayer et pro eo constituo me in predictis ffideuissorem / et principalem compleletorem et ex provissorem vobis, dicto procuratori, pro quibus (...)tam^b principalis quod ffideuissorem quisque nostrum insolidum/ et pro toto, obligamus vobis et dicte domine abatisse et eius monasterio, nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda, ubique sint. /9 Renunciantes quantum ad hoc

a. rascat i sobreescrit.
b. borra dues lletres.

omni iuri et consuetudini contra hec facientibus, et ego, dicto ffideuissor legi de principali / primo conveniendo. Et ego, dictus Bernardus, sponte iuro per Dominum Deum et eius Sancta IIII^o Evangelia, a me corporaliter tacta, predicta attendere, servare / et complere et non in aliquo contravenire aliqua ratione, et vobis dicto procuratori homagium facio, ore et manibus comendatum, iuxta Ussati-/12cos Barchinone et Consuetudinis Cathalonie ac Furum Aragone. Et hec igitur omnia et singula supradicta. pro ut superius dicta sunt, / facio, promito stipulare et pacistor vobis et notario infrascripto, hec pro vobis et pro omnibus, etiam aliis personis quarum interest, intererit aut / poterit interesse, legitime paciscenti, stipulanti et recipienti.

Actum est hoc, tercio idus ianuarii, anno Domini M^oCCC^oXL^o nono.

Sig+num /15 Bernardi de Puigdemayer. Sig. Maimon de Puigdemayer, predictorum, nos, qui predicta laudamus et firmamus et iuro ego dictus Bernardus atque ho-/magium facio ut predicto.

Testes huius rei sunt, Petrus za Coscoyllera et Arnaldus de Noguero de Berga.

/ Sig+num^c mei Petri Olzina, notarii publici ville Berge, auctoritate Guillermi de Podio, vicarii perpetui ecclesie eiusdem, qui hec /18 scribi feci et clausi.

c. signa autografat i decorat.

1350, maig 13.

Llistat inventari de donació de petits censos, que Raimon de Fontdala del monestir de Sant Pere de "Vallaura", dóna a l'abadessa Constança, del monestir de Santa Maria de Valldaura, per provissió i vestit.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.167, n. 5. Perg. 88/370. Estret, una mica trencat per tot el costat dret. El transcripció guardant el format en que està fet, per la curiositat que té. Escrit en català.

In titulata tercio idus madii, anno Domini M^o
/ CCC^o L^o, donavit in provissione domina abba-
/3 tissa Constancia nobilis de Portela, de
/ monasterii de Vallis Laure, Raimundo de Fontdala
/ (...) ^a Sancti Petri de Vallaura pro vestitu et decime.

/6 Primerament dona lo Senyo abat lo dia de Santa
/ Maria de setembre dia adicit .XX. solidos. Item
/ un sester dordii a messura de Berga. Item
/9 .XII. puyneres de fformet bo hec bel.

/ Item lo mas del Bosch de la Portela, delme
/ hec tascha de pa, hec de tots fruchs qui ci ar se
/12 degen de tot lalbrath, hec carnagre de carn.
/ Item .1. pessal de carn salada de porch,
/ migia quartera de fformet de (bar t' de monyat) ^b.

/15 Item del mas de la Portela, la meytat del
/ delme, hec la meytat de la premecya ab en-

a. Borrat unes 7 lletres.

b. Borrós, interpretem.

/ tegre de totes cosses pertanyens de dret.

/18 Item del mas de la Era, la meytat del
/ delme, hec la meytat dela primicia axi ma-
/ tex en semblant cas de totes cosses.

/21 Item lo mas de Camp de Parers, dono del
/ mas de Pug Alt, tascha hec erem del delme.
/ Item. XII. puyeret de civada de sens.

/24 Item .1. pessal de carn salada de porch,
/ a la ffeſta de Nadal, hec .1. mig quarter de vi
/ hec .II. fogaçes valens .III. diners.

/27 Item mas del Basses, abans masoveria de la
/ Codina, premicia de pa, hec de us, hec de totes coses /
acostumades de donar.

/30 Item lo mas des Scobedel, premecya de tot
/ ço que donar se deia.

/ Item los massos de Case Nova, hec de Font
/33 Darnau, hec de Closses, primicia de totes cosses.

/ (I)tem^c deu donar lo monestir provissio de
/ (.1.)^d liura de pa, hec .1. quarto tots dies

/36 (hec)^e, .1. patridor de vi adinar, hoc mig
/ de fort. He a sopar axi matex .1. hec mi(g)^f

/ Item .1. çetriyl doly den divendres en

/39 altra divendres, per tot lan.

/ Item migya liura de molto a la ffeſta de

/ Nadal, hec .1. galina, hec .1. pessal de carn

/42 salada. Item totes ffeſtes annals .1. mig-

/ ye liura de molto. Item de tots los obits

/ que deuen fer .XII. diners a cada prevere.

c. Interpretem.

d. Forat, illegible.

e. Forat, illegible 3 lletres.

f. Tacat, interpretem.

1350, juny 21. Prats de Rei
Jaume des Quadres, procurador de l'abadessa Constança de Portella del monestir de Santa Maria de Valldaura, aprova, ratifica i confirma a Pere Ferrer, que fou de Puigferrer, i ara habita a la vila de Prats, aquella venda que els marmessors de Guillerme Martí li feren de dos trossos de terra situats en el terme de Solanelles, en el lloc anomenat "A les Homedes", menys el dret de domini i fadiga del monestir. Situat al terme d'Els Prats de Rei, comarca de l'Anoia.

A. AHn. Clero, Valldaura, c.167, n. 6. Perg.
 276/199. Document partit per ABC. Una mica borrós.

ABC

ABC

ABC

Noverint universi quod ego Iacobus dez Quadres, procurator nobile domine Constancie de Portella, abbatisse monasterii Vallis Laure, pro ut notario infrascripto / plene constat habens potestate ad infrascripta et ad plura alia cum hoc publico instrumento perpetuo valituro, nomine quo supra laudo, approbo ra-/3 tiffico et confirmo vobis Petro de Ferraria, qui fuistis de Podio Farrerii nunc habitatori ville de Pratis et vestris, illam vendicionem quam ffrater Iacobi / Ferrerii dela Sala rector de Pratis, Berengarius Bartholini et Martheus de Ferraria, manumissores subrogati in testamento Guillermi Martini, qui fuit de Val-/manya, vobis fecerunt de duabus trociis terre situatis in termino de Solanellis, locus vocato ales Homedes, cum publico instrumento inde facto, auctoritate /6 notarii subscripti, sexto idus novembris anno Domini Millesimo CCC° quadragesimo nono, pro ut in instrumento inde facto melius et lacius noscitur contineri. Sal-/vo tamen et retento dicte domine abbatisse et eius monasterio, iuri dominio et faticha et censu si aliquis est. Confitens vobis nomine quo supra, que de-/distis et solvistis michi tercium, pertinente ex ipsa emptione,

dicto monasterio et dicte domine abbatisse, nomine eiusdem de quibus a vobis bene /9 pacatus sumus. Renunciando excepcioni predicte peccunie, non habite et tercii non recepti, et doli, mali et accioni instrumentum ffacto nobis / vestris nomine ante dicto, de dicto tercio, finem perpetuum pactum firmissimum de ulterius non petendo. De quibus quidem omnibus supradictis / volo, que facit duo publica instrumenta per alphabetum divisa, quorum unum tradatur alteri parti.

Actum est hoc undecimo kalendas iu-/12 lii, anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo.

Sig+num Jacobi dez Quadres, procuratori predicti, qui hoc laudo conce-/do et firmo.

/ Testes^a huius rey sunt Vicensius Amigo et Petrus de Canaleta, presbiteri.

/15 Sig+num^b mei Raimundi Torillionis, regentis scribaniam ville de Pratis, pro venerabili ffratre Jacobo Ferrerii dela Sala, rectore ecclesie / dicte ville ac notario publico eiusdem, qui hoc scripsi et clausi.

a. Primera lletra, decorada.

b. Signa autografat i decorat.

1350, setembre 25.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.167, n.7. Perg.
580/545. Vell, borrós, tacat i trencat per la part
esquerra. Illegible. No fet.

1352, març 10. Ripoll

Pere de Planes, hereu i propietari del mas de Planes, de la parròquia de Santa Maria de Matamala, confessa i reconeix a Constança de Portella, abadessa del monestir de Santa Maria de Valldaura, ser home propi, soliu i afocat. Que té el meu mas de Planes pel monestir, i que no eligirà cap altre senyora o senyor; fa homenatge oral i de mans al seu procurador, Bernat de Feu. Situat al terme de Les Lloses, comarca del Ripollès.

A. AHN. Clero, Valldaura, c.167, n. 8. Perg. 312/195. Una mica tacat a la part esquerra i alguna taqueta al mig. En el revers indica: Acta de Sagrament y homenatge prestat per P. Planes de Matamala a la abadessa l'any de 1352.

Sit notum cunctis quod ego Petrus de Planis heredes et proprietarius mansi de Planis de parrochie Sancte Marie de Matamala, excerta sciencia et consulte, con-/fiteor et recognosco vobis reverende domine Constancie, Dei gratia abbatisse monasterii Sancte Marie de Vallaura licet absenti tanquam presenti, quod ego /3 sum homo proprius et solidus et affocatus vestri et monasterii vestri de Vallaura et successorum vestrorum in abbazia predicta cum omni prole ex me descendente et / cum omnibus bonis meis mobilibus et immobiliis, habitis et habendis ubique sint. Et que teneo et tenere debeo pro vobis et vestra abbazia et monasterio / vestro predictis, totum dictum mansum meum de Planis cum suis pertinentiis. Et ideo promito vobis dicte reverende domine abbatisse licet absenti, quod /6 ero vobis et vestris successoribus abbatisse de persona mea et de dicto manso et aliis bonis meis, bonus fidelis obediens et legalis dicto et facio / in omnibus et per omnia bona fide. Et quod nullum alium dominum seu dominam faciam seu reclamabo in predictis, nisi vos et successores vestras ab-

/batissas dicti monasterii. Et quod prescripto seu habitatio civitatum, villarum^a aut aliorum locorum, non possit michi vel meis prodeste aut vobis vel dictis succe-/9 soribus vestris in aliquo nocere. Immo ubicumque sim maneam aut stem, sim homo proprius et solidus et affocatus vestri et vestre abbacie ac monas-/terii predictorum. Et que bene et fideliter dabo et solvam vobis et successoribus vestris predictis, omnes censsus, redditus et alia iura vobis et vestre ab-/batie pertiencia et pertinere debencia in dicto manso et eius pertinentiis. Et pro predictis omnibus complendis, obligo vobis et successoribus vestris predictis /12 in manu et posse notarii subscripti stipulantis et recipientis, omnia supradicta et sequencia a me vestri nomine et aliorum quorum interesit et intere-/rit, omnia bona mea mobilia et immobilia, habita et habenda ubique. Et ad mayorem firmitatem predictorum omnium, presto de presenti homagium / ore et manibus comendatum Bernardo de feudo, procuratori vestro a me vestro nomine, et procutarorio nomine predicto recipienti et acceptanti. Et /15 in super iuro sponte, per Deum et eius Sancta quatuor Evangelia corpotaliter per me tacta, omnia supradicta facere attendere et complere / et contra ea non venire aliqua racione.

Actum est hoc decima die marcii, anno a Nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Quinquaginto / secundo.

Sig+num Petri de Planis predicti, qui hoc laudo, firmo et iuro ac homagium presto.

/ 18 Huius rei testes sunt Raymundus de Sorrech, parrochie Rivipolli. Guillermus Mulinerii et Bernardus clericii de Rivipollo.

/ Sig+num^b meum Petri de Pericolis, notarii publici Rivipollii, auctoritate venerabilis conventus monasterii eiusdem, qui hoc instrumentum scribi feci et / clausi, cum suprapositis emendato in VIII^a linea ubi dici, villarum.

a. villarum , interlineat.

b. Signe autografat i decorat.

1361, juny 21. Bagà

Testament i mort de Marquesa de Pinós, vídua de Pere II Galcerà de Pinós. En què, entre altres, fa deixes a l'abadessa de Santa Maria de Valldaura: 100 sous, i "son redondell", i deu sous a cada monja, per tal que cadascuna tinguis i llegís un salteri, i totes juntes li fassin aniversari.

PUB.: Biblioteca Històrica de la Biblioteca Balmes, *Baronies de Pinós i Mataplana*, de JOAN SERRA VILARO, p. 171-174, vol.I. Barcelona 1930.

Quoniam que in presenti vita miserabili possidentur labilia sunt velut umbra, ea vero que in celesti gloria sperantur a fidelibus Christi eterna erunt et durabilia sine fine et sic quilibet ipsam celestem gloriam habere preobtans debet precipue intendere per quod misera eius anima paradisi gloriam consequatur. Idcirco in Dei nomina nos Marquesia de Pinosio, uxor quondam nobilis domini Petri Galcerandi de Pinosio, sana mente et corpore per Dei gratiam nostrum facimus, condimus et ordinamus testamentum in quo elegimus manumissores nostros et exequutores nobiles et carissimos filios meos Petrum Galcerandi de Pinosio, Bernardum Galcerandi de Pinosio, Johanem Mercerii canonicum urgellensem, Bartholomeum Marti et Raymundum Roseti presbiteros ville Bagani. Quibus rogando precipimus et plenam conferimus potestatem quod, si no mori contingerit antequam aliud facimus testamentum, ipsi distribuant et ordinent de bonis nostris prout per nos inferius invenerint ordinatum.

In primis et ante omnia volumus et mandamus debita nostra persolvi et iniurias nostras restiui de bonis nostris, et specialiter illa debita et illas iniurias que scripta sunt manu nostra propria in quadam cedula papiri in notula huius

testamenti interclusa. (Avui no hi és, diu). Eligimus namque sepulturam corpori nostro ante altare sci. Stephani de Bagadano, in tumulo videlicet in quo humatum est sive sepultum corpus dicti nobilis mariti nostri. Et dimitimus pro anima nostra et sepultura et legatis infeius scriptis persolvendis decem milia sol. Barchne. de terno, de quibus dimitimus pro nostra sepultura viginti quinque libras Barchne. Item rectori dicte ecclesie sci. Stephani pro iure sibi competenti pro dicta nostra sepultura quinquaginta sol. Barchne. de terno.

Item dimitimus pro maritandis puellis pauperibus qui sint in locis dicti nobilis filii nostri per modum inferius declaratum: quadraginta duas libras et decem sol. Barchne. qui dentur dictis puellis ad cognitionem dictorum nostrorum; manumissorum in hunc videlicet modum, scilicet, in villa Bagadani quindecim libras Barchne., item in castro de Gisclaseyn et in valle Bagadani quinquaginta sol. Barchne., in castro de Gavarret quinquaginta sol. Barchne., in castro de Salces centum sol. Barchne., in castro de Gosol centum sol. Barchne., in castro de Josa et eius honore centum sol. Bar., in castro de Pinos quinquaginta sol., in castro de Taltaul centum sol. Bar.

Item dimitimus sorori Beatrici de Ordine de Minoretis, sorori nostre, decem libras Barchne. Item dimitimus conventui fratrum predicatorum Podiiceritani et conventui fratrum minorum dicti loci, cuilibet centum sol. Br., pro tribus aniversariis celebrandis in quolibet dictorum conventorum in una septimana incontinenti morte nostra sequuta. Item dimitimus conventui fratrum minorum ville Berge, pro quinque aniversariis ibidem pro anima nostra celebrandis in una septimana post mortem nostram, centum sol. bar. Item volumus et mandamus ac etiam ordinamus quod infra novem dies, incontinenti post mortem nostram numerandos, celebrantur in dicta ecclesia sci. Stephani pro anima nostra centum misse, pro quibus celebrandis dimitimus centum sol. Barchne., ita quod quilibet presbitero celebranti dentur de dictis c sol. duodecim denarii. Item dimitimus oratoriis sive capellis sci. Marchi, sce. Ma. de Payller, sce. Fidei de Quer, sci. Johannis d'Avellanet, sce. Ma. de

Agravoletto, sce. Marie de Rupersancia et omnibus altaribus situatis intus dictam ecclesiam sci. Stephani, exceptis altaribus sci, Stephani et sci. Johannis quibus legata facimus specialia, cuilibet decem sol. Barchne., ad opus ornamentorum eiisdem necessariarum.

Item dimittimus pauperibus veracundantibus, qui sint in dictis locis dicti nobilis filii nostri, triginta libras Barchne., de quibus dentur in villa Bagandi duodecim libras et decem solidos, in castro de Gisclaseyn et in valle Bagani quinquaginta sol. Bar., in castro de Salces sexaginta sol., in castro de Gosol septuaginta sol. Bar., in baiulia de Gavarreto quinquaginta sol., in castro de Pinos quinquaginta sol. Bar., et in castro et termino de Taltaul septuaginta sol. Bar.

Item dimittimus hospitali pauperum ville Bagani centum sol. pro quibus emanantur panni lectorum seu alia in dicto hospitali magis utilia sive etiam necessaria prout dictis nostris manimissoribus videbitur faciendum. Item dimittimus altari beati Anthoni, pro ornamentis ibidem magis necessariis centum sol. Barchne. Item dimittimus fratri Petro Çaleguna de ordine fratrum minorum centum sol. Bar.

Item dimittimus abbatisse monasterii beate M. Vallislaure centum sol. Barchne. et redondellum nostrum. Item monialibus monasterii eiusdem, cuilibet eorum decem sol. Barchne. et quod quelibet earum teneatur unum salterium legere et omnes facere unum aniversarium pro anima nostra.

Item dimittimus Elionori filie nostre et dicti viri mei iure institutionis decem libras Barchne. et librum maiorem in quo nos legimus. Item dimittimus Bernardo, fratri Raimundo de ordine Hospitalis Jherusalemiani, Berengario, Constantie uxor nobilis Dalmatici de Queralto et Esclarmonde filiis et filie nostre et dicti nobilis mariti nostri cuilibet eorum iure institutionis centum sol. Bar., et dicte Constantie unam caxiam pietam de noguerio.

Item dimittimus capelle sci. Iohannis, situate in dicta ecclesia sancti Stephani, quinquaginta sol. Barchne., pro quibus fiant et arnesentur ille vestes de diasx quas ipsi capelle dedimus et ponantur in eis signa de Pinosio et de Fenoyllete corcobit d'or. Item dimittimus cuilibet manumissori nostro pro honore huius manumissorie centum sol. Barchne.

Item dimittimus beate Ma. Montiserrati, pro una lampade argenti, decem libras Bar. Item beate Marie de Agrevolet, viginti libras ceree. Item beate M. capelle de Salces, pro uno cereo, viginti sol. Bar. Domine Elisendi d'Aguilar e a Na Flors eius filia, inter ambas, viginti quinque libras Barchne. et sellam et capellum de sol nostros.

Item Sibilie, filie dicte Eliesendis, mille sol. Barchne., quando ducet virum et in medio stanti maneat cum dicto filio nostro Petro Galcerandi de Pinosio si uxorem habuerit, sin autem comandetur dicte Constantie filie nostre.

Item dimittimus a la Muda, in recompensationem laboris quem nobiscum habuit dum stetit, quindecim libras Barchne. Item filie Anthonii d'Alboquers, que nobiscum moratur, in adiutorium maritandi, decem libras Barchne. Item Guillelmo Millaç decem libras Bar. Item Berengario d'Alto quinquaginta libras Bar., quando ducet uxorem. Item Petro Torreda centum sol. Barchne. Item Johanni de Cascaylls, quando ducet uxorem decem libras Bar. Item a Na Collich, centum sol. Barchne. Item a Na Mondina, que nobiscum moratur, decem libras Bar., in adiutorium maritandi.

Item volumus et mandamus quod continue singulis diebus per totum unum annum offerantur in dicta ecclesia pro anima nostra panis, vinum et lumen valentes die qualibet tres denarios Bar. Residuum vero dictorum decem mille sol. detur et distribuatur pro anima nostra ad cognitionem dictorum nostrorum manumissorum. Item dimittimus sco. Stephano quandam tovayllam nostram de sarico que deserviat magnis festis al faristol quando cantatur evangilium et etiam professionibus ad portandum Corpus Christi.

In omnibus vero aliis bonis et iuribus nostris mobilibus et immobilibus quecumque sint et ubicumque dictum nobilem Petrum Galcerandi de Pinosio nobis heredem universalem ac etiam generalem instituimus et facimus, ita tamen et hac conditione adiecta quod ipse nullatenus recipiat de redditibus castri ville et vallis de Bagano nisi fructus vinee dicti castri et orti, et omnia esdevenimenta dicti castri et ville usquequo predicta omnia per nos superius ordinata finem debitum fuerint assecuta; immo alli nostri manumissores predicti eos recipiant tantum et tamdiu donec et quousque premissa omnia per nos ordinata completa fuerint et perfecta, alias maledictionem omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti ipsi et eius progenies habeant et consequantur; et nichilominus mandamus omnibus hominibus villa et vallis de Bagano quatenus dicto filio nostro de redditibus predictis nullatenus respondeant usque premissa omnia fuerint adimpleta, nec sibi faciant homagium usque iuraverit dictum nostrum testamentum adimplere. Et, casu etiam quod dictus nobilis Petrus Galcerandi de Pinosio decederet quocumque sine prole mascula et legitima, substituimus sibi dictum nobilem Bernardum Galcerandi de Pinosio filium nostrum, quem nobis casibus predictis et quolibet eorum universalem ac etiam generalem instituimus sub premissa conditione. Et, si predictus Bernardus Galcerandi de Pinosio filius noster premissis per nos superius ordinatis contradiceret et ea non adimpleret vel decederet quocumque sine prole mascula et legitima, instituimus nobis heredem universalem ac etiam generalem dictum Berengarium filium nostrum si tunc erat abbas ad contrahendum matrimonium. Et, si dictus Berengarius non erat abbas ad contrahendum matrimonium aut si erat abbas et premissa per nos ordinata non adimpleret aut decederet quocumque sine prole legitima et generis masculini, instituimus nobis casibus predictis et eorum quolibet heredem universalem dictam Esclarmondam filiam nostram casu quo non haberet maritum set tamen esset abba ad nubendum. Et, si dicta Esclarmonda haberet iam maritum, instituimus nobis heredem universalem ac etiam generalem dictam Constantiam filiam nostram. Et, si dicta Constantia decederet quocumque sine prole legitima, volumus et mandamus fieri et celeberrimam perpetuo duo presbiteratos in

dicta ecclesia sci, Stephani in capella videlicet instituta per nobilem Raimundum Galcerandi de Pinosio, pro animabus nostri mariti et parentum nostrorum et filiorum nostrorum. Et dimittimus ad opus dictorum presbiteratum sive redditum eorum viginti milia sol. Barchne., ita tamen quod presbiteri in eis instituendi habeant interesse in dicta ecclesia omnibus horis diurnis pariter et nocturnis; in omnibus vero aliis bonis meis et iuribus universis quecumque sint et ubicumque nobilem Andream de Fonoylletto, vicecomitem de Insula et de Caneto nepotem nostrum et suos, casibus predictis, nobis heredem universalem et generalem instituimus.

